GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 134, [1] - -

PUBLIC DOMAIN

Leibn. Marg. 134

Niedersächsische
Landesbibliothek
Hannover

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 134, [2] - -

PUBLIC DOMAIN

n. 30. N.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 134, [3] - -

PUBLIC DOMAIN

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [4] - -
PUBLIC DOMAIN

FRANCISCI DULAURENS

SPECIMINA

MATHEMATICA

DUOBUS LIBRIS COMPREHENSA.

Quorum Primus Syntheticus agit de genuinis Matheſeos principiis in genere, in ſpecie autem de veris Geometriæ Elementis huc uſque nondum traditis.

Secundus verò de Methodo Compoſitionis, atque Reſolutionis fusè diſſerit, & multa nova complectitur, quæ ſubtiliſſimam Analyſeos artem mirum in modum promovent.



Martini Fogeli Hamburg.

PARISIIS,

Apud Carolum Savreux, Bibliopolam Juratum, in atrio Templi Beatæ Mariæ ſub inſigni trium Virtutum.

CIↃ. IↃC. LXVII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 134, [5] - -

PUBLIC DOMAIN

BIBLIOTHECA
REGIA
HANNOVERANA

exagitatur mitur à Wallisio in Transactionibus
Anglicanis, occasione eorum quæ subiit hic p. 249



CELSI AC PRÆPOTENTES

DOMINI, DOMINI

ORDINES GENERALES

FOEDERATI BELGII.

MIRABVNTVR ſanè plerique quod inter armorum ſtrepitus, quibus Rempublicam veſtram præliis, atque triumphis jamdudum aſſuetam iterum Bellona exercet, ego novum aliquod ex officina Minervæ Pacis Alumnæ profectum opus CELSITVDINIBVS VESTRIS *intempeſtivè, ſic illi putabunt, offe-*

ram. Verùm discant mores vestros, sciantque apud vos inter arma non silere leges, sed eodem tempore scientiarum, armorumque studia florere, atque esse loca ubi semper juventus vestra omnis generis doctrinæ præceptis imbuitur, & militiæ scholam, in qua Tyrones assidue ad bella eruditiuntur. Et sane Rempublicam vestram, quæ sibi Marte peperit quietem, partamque tam acri legum custodia servat, armis non solum decoratam, ut Iustinianus de Imperatoria Majestate dixit, sed etiam legibus oportet esse armatam, ut utrumque tempus & belli, & pacis recte gubernari possit. His optimis artibus instructi nullo non tempore felices estis, & ita sapienter omnia administratis, ut amorem erga populos vestros, famam erga omnes mereamini. Haud ignota

loquor, ſed quæ paſsim apud omnes gentes de Regimine Belgii multa cum admiratione memorantur. Narratur ab una parte magnos Duces, quorum fama totum terrarum orbem implevit, prima militiæ ſuæ rudimenta in Belgio feciſſe, ab altera innumeros viros doctrinæ claritate inſignes, quorum egregia apud nos extant ingenii monumenta, in ejuſdem Belgii celeberrimis Academiis vel docendo, vel diſcendo literis operam dediſſe. Cùm igitur in vobis potiſsimum CELSI, AC PRÆPOTENTES DOMINI ORDINES *& ſpes & ratio ſtudiorum poſita ſit, quis conſilii mei rationes non approbet, ſi labores, & conatus, quos in re Mathematica, omnium ſcientiarum utiliſsima, non ſolum exornanda, verum etiam amplificandâ adhibui, glo-*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [9] - -
PUBLIC DOMAIN

rioſiſſimo veſtro nomini dicare voluerim, optaverim, ambiverim. De Matheſeos utilitate plura hic dicere nihil attinet, poſtquam unus ex vobis, cujus ſapientiam, atque prudentiam in conſiliis, & ſummam in rebus agendis peritiam, ac vigilantiam non ſemel experti eſtis, ingenioſiſſimis inventis Geometriam locupletare non eſt dedignatus; qui, antequam publica munia obiret, ad exercitia Mathematica, vulgi captum ſuperantia, & mentis ſublimitatem indicantia bene temperatum animum applicuit, & hâc arduarum rerum tractatione ingentes ſpiritus ad fortiſſima quæque prima in adoleſcentia firmavit. Hoc tantùm in Mathematicarum ſcientiarum commendationem vobis afferre ſufficiat. Nunc quod in hoc opere præſtiterim breviter exponam.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [10] - -
PUBLIC DOMAIN

Primò ex ſola quantitatis conſideratione principia quædam deduxi, numero pauca, & valdè ſimplicia, ex quorum nihilominus cognitione, atque comprehenſione omnium, quæ tam in Arithmetica, quàm in Geometria docentur, generalis ſcientia comparatur. 2°, *Proportionum naturam explicui, & quoſdam inventionis fontes aperui, ex quibus propoſitiones omnes ad Proportionum materiam ſpectantes à quovis facillimè deduci poſſunt.* 3°, *nova quædam Elementa Geometrica conſtitui, ad quatuor propoſitiones commodiſſimè redacta, & ita univerſalia, ut inde geometricum robur accipiat quidquid in Mathematicis geometricam deſiderat ſolutionem. His peractis ad analyſim tranſivi, & ante omnia Compoſitionis, atque Reſolutionis metho-*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [11] - -
PUBLIC DOMAIN

dum ita perſpicuè tradidi, & analyticum artificium tam clare oſtendi ut eruditionis amantes, & adhuc in primo Matheſeos limine hærentes nemine alio docente his veræ Philoſophiæ clavibus uti, & apertis ſcientiarum theſauris ampliſſimas animi divitias ſibi comparare queant. Vltimo novis repertis quamplurimis, quæ hic recenſere nimis longum eſſet, ſubtiliſſimam analyſeos artem promovi.

Hæc quamvis minime levia majoris operis tantùm præludia ſunt, aut ſpecimina, de quo ut hic aliquid dicam, partem illam artis analyticæ abſolvo, quæ noſcendæ per æquationis medium veritati inſumitur, nam æquationum naturam, atque generationes novâ perveſtigatione proſequor, deinde certas Mathematicorum argumentorum ſedes affero, & topica quædam

quædam alia detego, unde magna æquationum ad unicum problema ſolvendum copia parari poſsit, quod adhuc à nemine factum eſt, & de quæſtionum natura atque differentiis fusè diſſero, quem locum præ cunctis neceſſarium ab omnibus prætermiſſum eſſe miror; poſtea methodum trado quâ cuncta per analyſim inventu poſſibilia reperiri poſſunt, hanc methodum ſequitur alia multo admirabilior, per quam cujuſlibet æquationis terminos omnes intermedios aufferre licet, & quidem duos, aut tres per ea quæ huc uſque reperta ſunt, verùm ad plures quàm tres aufferendos neceſſe eſt ut nova reperta dentur, quæ generalis hujus methodi uſum latiùs extendant. Scio hoc paradoxum multis viſum iri, qui ſibi perſuadent omnia quæ humani ingenii viribus

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [13] - -
PUBLIC DOMAIN

acquiri possunt jam ab iis, qui de analysi nuper scripserunt inventa esse, aut facilè ex eorum principiis deduci posse; Ideò plura suo tempore dicenda hic non addam, quæ illorum hominum qui hujusmodi erroris affines sunt, fidem magis adhuc superarent, ne ipsos in limine offendam; Hæc tamen apud me parata habeo, (nollem enim vanis promissis CELSITVDINVM VESTRARVM *aures replere,) sed quoniam universalia, quæ primùm inventu difficilia sunt, postea particularibus exemplis, tam ex Arihtmeticorum quàm Geometricorum fonte petitis ostendere, res est plena laboris, idcircò ultimam manum tanto operi imponere nondum licuit.*

Restat Analyseos pars altera, quæ nonnullas quæstiones spectat, pro

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [14] - -
PUBLIC DOMAIN

quibus ſolvendis impoſſibile, aut admodum difficile eſt ad aliquam æquationem pervenire, quales ſunt ferè omnes, quæ planorum, vel ſolidorum curvilineorum quadraturas, aut cubationes inveſtigare proponunt, nam in hujuſcemodi quæſtionibus media deſunt, aut ſaltem difficillimè apparent ad inſtituendam curvi cum recto comparationem, & quamvis, verbi gratiâ, pro circuli quadratione lineam quamdam curvam imaginati ſint Veteres, quam ab officio quadratricem dixere, verumtamen ex hujus lineæ generatione, atque conſtitutione nulla æquatio elici poteſt ad propoſitam circuli quadrationem arguendam; adeò ut inveniendæ ſint methodi valdè particulares pro conſimilium quæſtionum ſolutione, ut paucis abhinc annis

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [15] - -
PUBLIC DOMAIN

apud vos fecit Huraetius, Hollando-Batavus, qui primus omnium curvarum linearum in rectas transmutationem edocuit; sed Dominus Huddenius idem Hollando-Batavus, acerrimi vir ingenii, & Analysta peritissimus hanc nodosam de curvilineis materiam ita explanavit, quamquam illa quæ super ea re acutissimè scripsit adhuc, ni fallor, in scriniis lateant, ut nihil sit ab ista parte, quod post doctos tanti viri labores amplius desiderari videatur: Et sit absolutis duabus quas nominavi Analyseos partibus nulla supererit quæstio quæ per hanc artem via omnium simplicissima, sicut Deo juvante ostendam, resolvi nequeat.

Interim Specimina hæc, CELSI, AC PRÆPOTENTES DOMINI ORDINES, *qualiacumque*

EPISTOLA.

ſint eo quo ſoletis animo benigni accipere, & quaſi in votiva tabella perpetuam Authoris erga Vos obſervantiam, & æternum obſequium intueri dignemini obnixè rogat

CELSITUDINUM VESTRARUM

Humillimus Servus
FRANCISCUS DULAURENS, GALLUS.

Pariſiis, die primâ
Januarii, An. 1667.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [17] - -
PUBLIC DOMAIN

INDEX CAPITVM
HUJUS OPERIS.

IN LIBRO PRIMO.

CAPUT I. *DE quantitate, ejusque speciebus, & diversis proprietatibus,* 1

CAP. II. *De Proportionibus,* 20

CAP. III. *De præcipuis symptomatibus, quæ à quantitatum multiplicationibus, atque divisionibus proveniunt, sive de præcipuis æquationes instituendi modis,* 41

CAP. IV. *De Geometricis Definitionibus,* 58

CAP. V. *De Elementis Geometricis,* 89

IN LIBRO SECUNDO.

CAPUT I. *DE Methodo Compositionis, atque Resolutionis,* 149

CAP. II. *De solutione Æquationum duas dimensiones habentium,* 166

CAP. III. *De Æquationibus trium dimensionum, earumque solutione,* 178

CAP. IV. *De solutione quadrimensarum æquationum per earum depressionem ad tertium gradum,* 214

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [18] - -
PUBLIC DOMAIN

INDEX CAPITUM.

CAP. V. *De natura Æquationum plures quàm quatuor dimensiones habentium, & de illarum solutione,* 222

IN ADDITAMENTIS.

NOVA Methodus extrahendi radicem subæquibimensam ex quibuscumque binomiis, 237

Methodus universalis, & facillima extrahendi radices imperatas ex quibuscumque binomiis, radicem binomiam, & planam habentibus, 240

Methodus universalis aufferendi unumquemlibet terminum, primo excepto, è quavis æquatione proposita, 247

Solutio Problematis à D. Wallisio totius Europæ Mathematicis propositi, sed priùs ad generale revocati. Anno 1650, eodem tempore quo propositum est, 249



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [19] - -
PUBLIC DOMAIN

NOTÆ, SEV SYMBOLA

Quibus in ſequentibus utor.

Π æquale ut *a* Π *b*, id eſt *a* æquatur *b*.
⊦ majus ut *a* ⊦ *b*, id eſt *a* major *b*.
⌝ minus ut *a* ⌝ *b*, id eſt *a* minor *b*.
−+ plus ut *a* −+ *b*, id eſt *a* plus *b*.
& *a* ±± *b*, id eſt *a* plus vel minus *b*.
— minus ut *a* — *b*, id eſt *a* minus *b*.
× multiplicationis nota ut *a* in *b*, id eſt litera *a* multiplicata, vel multiplicanda in *b*.
:: proportio, ſive ratio æqualis, ut *a*. *b* :: *c*. *d*. Id eſt ut *a* ad *b*, ſic *c* ad *d*.
∴ continuè proportionales ut *a*. *b*. *c* ∴, id eſt ut *a* ad *b*, ſic *b* ad *c*.
√, radix, ∛ radix 2ᵃ poteſtatis, ∜ radix 3ᵃ poteſtatis, & cætera.
⊥ perpendiculum.
∥ parallelæ ut *a* ∥ *b*, id eſt *a* parallela eſt ad *b*.
△ triangulum.
∠ angulus.
□ æquibimenſum ſive quadratum.
▭ bimenſum ſive rectangulum.
|□| æquitrimenſum, ſive cubus, |□| æquiquadrimenſum, &c.
|□|ᵈᵒ cubando, vel ter multiplicando, |□|ᵈᵒ quater multiplicando, &c.



SPECIMI-



SPECIMINVM MATHEMATICORVM

LIBER PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

De quantitate ejuſque ſpeciebus, & diverſis proprietatibus.

QUANTUM vocamus id omne, quod extenſionem, vel diſtinctionem in ſe recipit, eadem videlicet quantitatis denominatione duabus his rerum affectionibus ſignificandis accommodata. II.

Maximè verò differt extenſum à rei diſtinctę natura; extenſio enim rem innuit undique ſibi cohęrentem, & unâ velut continuitate productam, qualis eſt linea, planumq; & omnia hujus mundi corpora, quæ propriè magnitudines appellantur: qualis eſt etiam locus, tempus, motus, pondus, potentia, & quidquid adunatum quodammodo corporibus invenitur; contrà verò diſtinctio rem compoſitam arguit, vel potiùs plurium rerum aggregatum disjunctis inter ſe partibus compoſitum, ut eſt populus, acervus, & quidquid eorum, quorum partes propriis extremitatibus terminantur, & ab alterius fine diſcretæ ſunt, atque hujuſmodi rerum congeries peculiari nomine multitudo dicitur. Hinc duas quantitatis ſpecies inter ſe valdè diſſimiles intueri licet, quarum prima natu- III.

ram extenſionis reſpiciens continua vocatur; altera verò diſtinctionis eſſentiam declarans, ideò diſcretæ, ſive ſeparatæ nomen obtinuit.

III. Præter innatum, aſſignatumque harum quantitatum diſcrimen, magnam etiam inter earum ſubjecta diſparitatem natura propoſuit; continua namque quantitas ad res extenſas tantummodò pertinet, eaſque ſolas afficit, nec in ullis aliis unquam reperitur; ſeparata verò præter extenſorum genus, quod totum ei ſubjicitur, etiam in rebus omni quantitate deſtitutis locum habet, dicimus enim duo puncta, tria momenta, decem ſpiritus, &c. Quamobrem diſcreta quantitas non ob ſubjectum ſuum, quod aliquando quantitatis expers eſt talis denominatur, ſed hoc ideò nomine gaudet quod plura ſubjecta ſimul reſpiciat, in qua pluralitate ſemper ineſt diſtinctio, quamvis in unoquoque ſubjectorum nec ulla diſtinctio ſit, nec extenſio. In eo itaque diſſimilitudo ſita eſt quod diſcreta quantitas omnia rerum genera pervadit, eiſque ſe accommodat; continua verò contractiore ſignificatu extenſi limites non egreditur.

IV. Hîc obiter notandum occurrit æquivocam eſſe magnitudinis appellationem, & utrique quantitatis ſpeciei convenire, id eſt tam continuam, quam diſcretam quantitatem magnitudines appellari poſſe. Dum enim magnum quid nominamus ad nominatæ rei molem, ſive quantitatem tantummodò reſpicimus, adeò ut magnitudinis ſignificatio, nihil aliud quam rei molem, determinatamve magnitudinem involvat: quare cùm numeri ſuas etiam determinatas habeant quantitates magni propterea dicendi erunt. Uſus tamen obtinuit ut magnitudinis nomen præcipuâ quâdam ratione quantitati continuæ tribueretur, nec immerito quidem jure, quoniam magnitudo, quæ quantitatem rebus inexiſtentem ſignificat, illam potius continuam, ſibique cohærentem denotat, quam partibus disjunctis inter ſe copulatam; quicquid enim ſimplex eſt quovis compoſito, vel partium aggregato facilius apprehenditur; unde cùm quantitatis continuæ natura indiviſam habeat unitamque ſubſtantiam, æquiùs illa pro-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [22] - 2
PUBLIC DOMAIN

pter ſimplicitatem ſuam, facilemque comprehenſionem magnitudo vocabitur, quam compoſita atque diviſa numerorum natura, quæ non ſimplicem, ſed aggregatam ex pluribus quantitatibus magnitudinem repræſentat. V.

Quantitati verò diſcretæ, nimirum multitudini præcipuè convenit diviſio; dividi enim nihil aliud eſt quàm ſeparari, ſive diſtingui; multitudinis autem naturam in ſola diſtinctione poſitam eſſe ſuprà vidimus. Quoniam verò magnitudo partium ſuarum diſtinctionem ſuſtinere valet, ſicut & multitudo, propterea diviſibilem illam etiam agnoſcere jubemur.

Diſtinctio verò à diviſione in eo differt, quod diſtinctio quamcumque pluralitatem exprimit; diviſio verò eam ſolam deſignat, quæ à rerum, ut ita dicam, ſeparabilitate exoritur. Unde ſi diſtinctio pro quodam genere accipiatur, erit diviſio pro ejus ſpecie conſequenter aſſumenda. VI.

Neque verò actualis tantummodò diviſio multitudini concedenda, verumetiam potentialis tribuenda videtur; non enim unquam ita diviſa eſt, ut pluribus aliis modis ſecari non poſſit; veluti numerus duodenarius non ita diviſus eſt in partes ſuas duodecimas, ut in tertias, quartas, ſextas, & adhuc alias quaſdam ſine nomine dividi nequeat. Sic igitur diviſibilitas communis utrique quantitatis ſpeciei proprietas eſt, cum hac nihilominus differentia, ut quam actualem, virtualemque diviſionem multitudo ſibi principaliter aſſumit, eandem potentialem tantùm, derivatamque magnitudo participet. VII.

Ex hoc diſcrimine conſequitur cunctam vim multitudinis, quæ certo, determinatoque partium numero conflatur modum in diviſione recipere, ſive diviſionis terminos habere, ultra quos ſectio ampliùs procedere nequit; magnitudinem verò, quæ nullis inter ſe diſtinctis partibus coagmentatur diviſionem in infinitum admittere, infinitiſſimas ſui corporis ſuſcipiendo ſectiones. Nam quando multitudo dividitur, quia in illa partium numerus determinatur, neceſſe eſt etiam diviſionis modos in eadem determinari; & conſequenter potentiæ diviſivæ vim, quæ VIII.

tunc ad certos illos modos contrahitur, alligaturque, aliquando exhauriri, & tandem omninò sisti, quando videlicet ad ultimam usque divisionem perventum erit. At in magnitudinis divisione idem accidere nequaquam potest, potentia enim divisiva numero partium, quæ nullæ hîc adsunt determinatæ non limitatur, nec ullâ aliâ ratione impeditur; unde cùm libera maneat subjectum suum in quotcumque partes resolvendi virtutem suam in infinitum extendit, potentia enim quæ non restringitur vaga est. Itaque manifestum est multitudinis divisibilitatem longè aliam esse ab ea divisibilitate quæ in magnitudine reperitur: hæc enim infinitæ cùm sit virtutis nullum unquam secandis corporibus finem imponit; altera verò limitatam habens potentiam circa præfinitas quasdam divisionis rationes solummodo versatur, & determinatis certarum partium spatiis inclusa coërcetur.

IX. Partes autem in continuo, sicut superiùs assumptum est, nullas actu reperiri ipsamet extensionis vox satis apertè declarat, illa enim ubique continuatam, hoc est nullis locis interruptam substantiæ unitatem & meram ad quaslibet divisiones capacitatem significat, quam continui sic unitam, cohærentemque substantiam partium præsentia profectò corrumperet, & puram illam ad quaslibet divisiones capacitatem omninò destrueret.

X. Omnis præterea finita atque determinata quantitas, (de qua sola, non de infinita, quæ sub scientiam non cadit sermonem instituimus,) sive continua sit, sive discretam habeat naturam, per infinitos incrementorum gradus augeri, novisque semper accessionibus major fieri potest, itaut nullus augmentationi finis modusve existat. Illimitata hæc quantitatis (si dicere licet) augmentabilitas infinitam continui, sive extensi divisibilitatem ex adverso respicit, sicut enim extensæ quantitatis continuitas dissolvi, & in partes secari potest; ita etiam eandem continuitatem per oppositam potentiam ad naturæ suæ integritatem restitui posse convenit. Quare cùm infinitos dissolutionum gradus dividens potentia pertranseat, ita infinitos conjunctionum nexus componens potentia de-

bet ordiri, ut cuilibet sectioni sua junctura respondente quod dissolutione solutum fuerat per compositionis opus ad cohærentiam revocetur, & in pristinam compagem redeat. Est igitur conjunctivæ cujusdam potentiæ vis infinita sicut & disjunctivæ; & sicut continuum in infinitum dividi potest, ita per contrariæ potentiæ virtutem in infinitum augeri valet. Quoniam verò continui divisibilitas infinitam partium multitudinem involvit, certè numerus qui ad quamcumque pluralitatem exprimendam naturâ suâ idoneus est illa dividentis potentiæ infinitate afficietur, unde numerus quoque hac ratione in infinitum augmentabilis evadit. Nunc si magnitudinem prout dividi potest consideres; numerum verò quatenus semper augeri valet spectes possibilia magnitudinis decrementa possibilibus numerorum augmentis ex oppositio sibi respondere invenies. Sicut enim determinata magnitudo à finita, & unitatis locum tenente inchoans quantitate per innumeras, ac nusquam propter infinitam divisibilitatis suæ potentiam desituras corporis sui sectiones gradatim decrescit; ita etiam multitudo ab unitate exordium sumens per continuas unitatis appositiones, veluti per aliquos gradus in immensam, indefinitamque molem paulatim assurgit. Per has itaque dictarum quantitatis specierum oppositas affectiones latitantem in earum natura contrarietatem quandam agnoscere licet; numerorum enim crementum ab unitate incipiens ex diminutione magnitudinis per unitatem significatæ proficiscitur, contra verò magnitudinis augmentatio, sive continui restitutio decrescente partium multitudine paulatim resurgit, donec tandem resolutâ numerorum compage unitas occurrat, quæ & pristinam dictæ magnitudinis continuitatem restituit, & quod illi per numerorum generationes ademptum erat reponit.

A divisione porrò rerumque distinctione plus, minus, XI.
æqualitas, inæqualitas, atque similia primùm orta sunt. Propositis enim pluribus inter se distinctis, atque divisis quantitatibus factum est ut una alteri collata sit secundum molem, summamque sui corporis, & quæ reperta

est aliam superare, vel excedere, sive quod idem est plus molis habere, ea major est dicta, quæ verò ab alia superari, vel deficere, sive quod idem est minus habere molis inventa est, ea minoris nomen obtinuit: at quando per varias comparationes tandem accidit ut quædam quantitates oblatæ fuerint, quæ tales erant inter se ut sibi comparatas nec excederent, nec vicissim ab eis excederentur hujusmodi quantitates æquales appellare placuit.

XII. Satis patet has quantitatis proprietates eo quo dictum est modo generari debuisse; nihil enim æquale, majus, minusve suimet ipsius respectu dicitur, sed tantum aliorum collatione tale denominatur. Unde sequitur nullam quantitatem solitariè sumptam talium caracterum proprietate esse affectam, sed tantummodo plures simul affici posse; & quoniam pluralitas distinctionem suppositorum involvit non est æqualitatis & inæqualitatis principium aliunde quam ab ipsamet divisione petendum.

XIII. Ex hac sic explicata æqualitatis inæqualitatisque generatione, earum natura ritè cognosci potest. Quoniam enim ad æqualitatis, inæqualitatisque constitutionem talis conditio requiritur ut plures quantitates inter se conferantur, manifestum est æqualitatem, inæqualitatemque certas esse quantitatum inter se relationes, atque habitudines. Deinde quia sola quantitatum inter se comparatio non sufficit ut æquales, inæqualesve dicantur, sed inter se secundùm corporis sui molem conferri debent, sequitur illas quantitatum habitudines naturam habere in quantitatis æstimatione fundatam. Quapropter æqualitatem, inæqualitatemque certas esse quantitatum inter se juxta corporis molem, amplitudinemve comparatarum habitudines colligere licet.

XIV. Perspicuum est supradictas quanti passiones inter solas ejusdem generis quantitates reperiri posse, veluti inter duos numeros, duasve lineas, non verò inter numerum atque lineam; sola enim quæ sunt unius generis inter se comparabilia sunt, æqualitatem autem, & inæqualitatem certas esse quantitatum inter se comparationes suprà vidimus.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [26] - 6
PUBLIC DOMAIN

Æqualitas medium inter majoritatem, ac minoritatem locum obtinens immutabilem eapropter eſſentiam vimque ſortita eſt, atque in alias naturaliter manet indiviſa ſpecies; medium enim ſtabilitatis, atque conſtantiæ ſedes uno tantum modo ſe habet, nec ulli poteſt obnoxium eſſe mutationi. Contra verò quæ ſuprà, infraque poſita ſunt ut majoritas, ac minoritas perpetuò mutantur, & in vertibilem inconſtantiam tranſeunt. Propter hanc æqualitatis uniformitatem, propriamque moderationem ea pro regularitatis fundamento adhibetur, ad cujus menſuram omnes majoritatis, ac minoritatis ſpecies ab ea deflectentes, & modò propiùs, modò remotiùs ad eam accedentes examinantur. In quovis enim rerum genere quod ordinatum eſt, tanquam fixum quid ſupponi debet, cujus comparatione aliarum irregularitates dignoſci queant, & ad artem revocari. Id etiam cauſæ eſt cur majoritas, ac minoritas ſub communi inæqualitatis nomine comprehendantur, ſic enim omnis earum anomalia ad unam eandemque methodum per communem illam denominationem redacta ſimplicius aliquo modo tractatur, ac facilius poſtea ad æqualitatis naturam legeſque quoad fieri poteſt ordinatur. XV.

Inſuper æqualitas nec æqualium additione, detractioneve ullo pacto alteratur, nec communi per æqualia multiplicatione vel diviſione mutatur; hujus rei cauſa eſt invariabilis ipſius natura, & conſtans uniformitas; quidquid enim circa quantitates æquales æqualiter operaberis nullam ex hujuſmodi operatione diverſitatem, & deformitatem æqualitas recipit, manente ſemper eadem, immutabili nimirum exiſtente in omnibus æqualitate; adde quod æqualitas quædam identitatis ſpecies eſt, unde æquales quantitates æqualium, ſive earumdem quantitatum, & ſimilium operationum identitate receptâ æquales poſtea manere neceſſe eſt; æqualitas autem per ſibi contrariæ inæqualitatis acceſſionem omninò deſtruitur. XVI.

Inæqualitatis verò duo, ut jam vidimus, genera reperiuntur, majoritas nimirum atque minoritas. Utrumque ex utraque medii, videlicet æqualitatis parte, primum XVII.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [27] - 7
PUBLIC DOMAIN

excedendo, ſecundum deficiendo profluens ab ea per indefinita ſpatia recedit. Facilè tamen ad æqualitatem ambo revocantur, duabus enim propoſitis inæqualibus quantitatibus ipſas æquales inter ſe efficies ſi earum differentiam acceperis, & hanc minori quantitati addideris, vel eandem à majore ſuſtuleris, per hanc enim differentiæ additionem, detractionemque quantitatum inæqualium exceſſus, atque defectus corrigitur, & inæqualitas ad æqualitatem revocatur.

XVIII. Tanta eſt æqualitatis moderatio, ut eas non ſolùm quas afficit quantitates augeat, minuat, multiplicet, atque dividat nullâ factâ in ipſis quoad æqualitatem mutatione, ſed etiam ut quantitates ab inæqualitate affectas per ſimiles operationes tractando intactam in ipſis inæqualitatis notam relinquat. Hoc facilè colligitur ex ſuperiùs explicata inæqualitatis ad æqualitatem revocandi ratione; ut enim inæquales quantitates ad æqualitatem perveniant neceſſe eſt addi minori, vel à majore detrahi ipſarum quantitatum differentiam, ſed per communem æqualium additionem, vel ſubductionem neque minor quantitas majoris differentia augetur, neque major eadem differentia contrahitur, cùm idem utrique inæqualitatis parti adjiciatur, aut dematur: ergo ſive æqualium additione, aut multiplicatione, ſive æqualium detractione, vel diviſione inæquales quantitates augeantur, minuanturve, nunquam hâc ratione in æqualitatem incident, hoc eſt manebit ſemper in ipſis inæqualitas: Sic ergo æqualitas ſeipſam primò, deinde inæqualitatem per quælibet augmenta, vel decrementa modo æqualia deducere valet, nullo aut æqualitatis, aut inæqualitatis detrimento.

XIX. Quando inæqualitas ut à perfectione declinans proprietas conſideratur, æqualitatem ſemper in conceptu ſuo involvit, & tunc inæqualium quantitatum una major, ſive excedens; altera minor, ſive deficiens ſimpliciter dicitur: hæ deficientis & excedentis denominationes ſatis ſuperque oſtendunt æqualitatem hîc neceſſariò ſupponi; exceſſûs enim atque defectûs nomina aberrationes

à medio

à medio termino, hoc est ab æquali significant. Atque hoc sensu utrumq; inæqualitatis genus à fixa æqualitatis margine, tanquã à radice quadam pronascens vagis erroribus hinc inde digreditur, in varias se se diffundendo species, quarùm una quæque infinitis modis variari potest nullo irregularitatis fine existente. Nam quoniam inæqualitatis vox nihil aliud quàm certas ab æqualitate deflexiones, sive distantias hoc in loco significat, consequens omninò est ut tot diversitates inæqualitas induat quot modi reperientur variandæ istius distantiæ; illa autem distantia, saltem in quantitate continua, infinitarum capax est mutationum, nam in infinitum augeri, atque minui, ideſt alia semper, atque alia valet evadere: restat ergo ut innumeras inæqualitatum diversitates magnitudinis natura sustineat. Quando verò inæqualitas in se cõsideratur, hoc est quando inæqualitatis termini inter se secundum quantitatis molem atque capicitatem comparantur, nullo habito ad imperfectam inæqualitatis naturam respectu, alia tunc illi termini nomina sortiuntur; nam qui major est, sive qui alium continet minoris respectu totum dicitur; qui verò minor existit, sive qui ab alio continetur majoris comparatione pars nominatur, unde licet hîc definire totum dicendo id esse quantitatem majorem ad minorem, & homogeneam collatam; partem verò minorem esse quantitatem ad majorem, & homogeneam comparatam. Atque ex his definitionibus manifestum fit totum majus esse sua parte. XX.

Quantitas aliqua solitariè sumpta sicut neque major, neque minor est, ita neque totum, neque pars dicitur, sed ut minor est cujusdam majoris comparatione minor, sic pars est cujusdam totius comparatione pars. Itaque totum & pars relatione quadam inter se affecta sunt.

Quando pars aliquoties sumpta totum suum præcisè constituit, ideſt quando aliquoties sumpta toti suo fit æqualis, tunc aliquota dicitur, quasi certa, atque determinata, notabili nimirum ab omnibus alijs discrimine evidens, & naturæ suæ claritate se se intellectui plenissimè; ac sine ambage manifestans, ob eam causam perspicua difinitione facilè comprehenditur, ac voce maximè pro- XXI.

pria, & absoluta per se nominatur: Atque hæc pars toti suo commensurabilis est, illa enim est velut mensura, quæ seipsam primò, deinde aliquoties repetita, vel sibi ipsi addita totum suum mensurat, quæ cùm ipsummet etiam hac ratione adæquet, necesse est & mensuram, & commensurabilitatem in æqualitate fundari.

XXII. Pars autem sibi ipsi addita quoties opus est ad totum suum coæquandum, tunc à suo toto non differt, nisi quod totum primariò acceptum tanquam indivisum quid ponitur, alterum verò huic æquale, quod aggregatis partibus componitur, ut divisum in se consideratur.

XXIII. Major quantitas multiplex vocatur alterius minoris quando minorem illam aliquoties præcisè continet, sive quando ab illa minori quantitate præcisè mensuratur. Itaque multiplex totum quoddam est aliquotis, & æqualibus inter se partibus compositum, & ad ipsas relativum.

XXIV. Quando verò pars, aut quantumlibet exigua hujus partis portio aliquoties sumpta toti suo æqualis fieri nequit, sed vel ipsum semper excedit, vel ab eo semper deficit, tunc aliquanta vocatur, hoc est quantitatis majoris portionem referens, certam illam quidem, sed quæ parùm aperto ab aliis discrimine se se noscendam præbet, ideoque naturæ suæ obscuritate difficilem habet, ut ita dicam, comprehensibilitatem: Hinc clara per se inexplicabilis est oratione, sed per impropriam relationis vocem confusè tantum effabilis, atque hæc pars toti suo incommensurabilis est, illa enim velut mensura sumi non potest, cùm sibi ipsi quocumque modo addita toti suo coæquari numquam valeat. Itaque tota incommensurabilitas inæqualitate fundatur.

XXV. Omnis quidem commensurabilitas possibilem, incommensurabilitas verò impossibilem æqualitatem, vel potius æquationem ut oppositis facultatibus, ita contrariis vocibus exprimunt; unde has quantitatis affectiones naturas habere diximus in æqualitatis, & in inæqualitatis basi fundatas; verùm illarum essentiæ ab aliis quàm ab æqualitatis, & inæqualitatis fontibus profluunt. Hos fon-

tes inveſtigare, & ab eis commenſurabilitatis, & incommenſurabilitatis cauſas omnes deducere facillimum eſt: nam qui numerorum naturam attentè conſiderabit (de numeris propriè dictis, vel effabilibus abſolutiſve hîc tantummodo loquor) is in ſymmetrię, ſive commenſurabilitatis cognitionem, atque comprehenſionem nullo negotio deveniet; qui verò magnitudinis eſſentiam, atque proprietates ſcrutabitur, illum incommenſurabilitatis origo non latebit: Sicut enim ex naturali numerorum ſtructura commenſurabilitas exſurgit, ita ex naturali magnitudinis conſtitutione incommenſurabilitas exoritur, quod manifeſtum fit hac ratione. Omnis numerus juxta poſſibiles quæ ſunt in eo ſectiones diviſus tandem relinquit unitatem, ſive particulam ſui minimam, quæ ſectionem non admittit, docuimus enim omnem numerum diviſibilitatis ſuæ terminos habere, ultra quos ſectio non procedit; unitates autem omnes ideò ſunt inter ſe æquales, quod numerorum minimę ſint particulæ: (minima enim homogenea ob id ſolùm quod minima ſint inter ſe æquari neceſſe eſt, ut rationis lumen oſtendit;) dividitur ergo quilibet numerus effabilis in particulas æquales, quæ quidem aliquoties ſumptę diviſum quemlibet numerum reſtituunt, ſive adæquant: Unitas igitur communis eſt omnium numerorum menſura; verùm in magnitudinibus communis menſura ſic inveniri nequit, menſura enim ut ejus natura declarat debet eſſe certa, atque determinata: Atqui omnis magnitudo in infinitum diviſa non relinquit particulam, quæ propterea quod parva ſit ſecari non poſſit, quin illa in infinitum ſecta infinitas efficit particulas, quarum ſingulæ in infinitas minores ſectiles ſunt, ut res finem habitura non ſit, ſi quis minutias omnes conſectari velit. Nunquam igitur ex infinita magnitudinis diviſione ad aliquam particulam devenietur, quæ minima dici debeat, nec propterea certa determinataque dabitur in magnitudine particula, quæ pro communi omnium magnitudinum menſura ſumi queat, nam ſi talis daretur eam minimam eſſe neceſſe foret, quandoquidem in minimo ſolùm diviſio ſiſtitur, atque determinatur. Vides ergo quo-

modò limitata numerorum effabilium divisio symmetriam producat,& cur in infinitũ continuata magnitudinis sectio

XXVI. assymmetriæ, sive incommensurabilitatis causa dicatur.

Atque hinc primò colligere licet numeros omnes invicem esse commensurabiles,cùm eos mensuret, & adæquet aliquoties repetita unitas; magnitudines verò quarumlibet divisionum capaces cùm sint, hâc de causa quandoque inter se commensurabiles existere, quando videlicet numericas divisionum species assumunt, sive cùm aliquoties iterata unius per alteram, sive dividui per divisorem, & divisoris per reliquum sectione tandem oritur particula, quæ ambabus quantitatibus aliquota est, vel quæ, sicut jam vidimus, aliquoties sumpta ambas quantitates restaurat; aliquando verò incommensurabiles esse, quando scilicet numericas divisionum species non admittunt, sive quum in infinitum continuata unius per alteram, sive dividui per divisorem, & divisoris per reliquum sectione producta particula semper ambabus quantitatibus, vel saltem alterutri ex illis, aliquanta manet, hoc est sicut ostendimus quæ aliquoties sumpta ambas quantitates minimè reponit, sed eas, vel alterutram saltem semper excedit, vel ab eis, sive ab alterutra saltem semper deficit.

XXVII. Præterea quoniam duas quascumque propositas quantitates, si juxta mensuram inter se comparentur, vel commensurabiles, vel incommensurabiles existere necesse est; totiusque commensurationis naturam in sola quantitatum æquisectione ab eodem divisore facta consistere docuimus; evidens profectò est partes illas, in quas tunc divisæ quantitates propter earum symmetriam dispescuntur, unitatum naturam induere, sive per unitates, aut per idem unitatum aggregatum repræsentari debere; sola enim hæc numerorum nomina æquisectionum partibus exprimendis idonea sunt, quod cùm ipsum numericum sit, ideò symmetrarum quantitatum habitudines omnes numericas esse disertè pronuntiamus. Sunt igitur commensurabiles quantitates qualescumque illæ sint ut numerus effabilis sive absolutus ad numerum effabilem, sive absolutum; & si quælibet quantitates eam inter se relationem habent

quam numerus absolutus ad numerum absolutum, ipsæ erunt invicem commensurabiles.

XXVIII. Amplius manifestum est nullam inter commeusurabiles magnitudines proportionem existere posse, quam non eandem in numeris quoque reperire liceat, neque vicissim in discretis ullam dari quam non in continuis exhibere valeas; infinitos enim divisionum modos, nedum determinatos omnes, qui in numerorum ordine reperiuntur magnitudinis natura complexa est. Nihil igitur de numerorum symmetria demonstrari potest quin idem, & per easdem rationes in quolibet magnitudinum genere ostendatur. Quod autem eorum quæ ad incommensurabilitatem spectant nihil quicquam numeris conveniat jam est antè sancitum, quando numeros omnes invicem commensurabiles esse concluſum est. Itaque concepta de commensurabilitate problemata vel theoremata, & ad numeros absolutos & ad magnitudines ordinata esse censeantur, verùm ad assymmetriam pertinentes propositiones solis magnitudinibus, & surdis eas exprimentibus congruæ sunt.

XXIX. Utrum autem fortuitò oblata sive problemata, sive theoremata in quibus commensurabilitas, vel incommensurabilitas ex ipsis terminis non statim apparet geometrica solùm, an verò numerica simul sint, ideſt utrum solis magnitudinibus, an verò magnitudinibus, & numeris etiam accomodari possint hâc ratione dignosces; nam si ad illorum constructionem arbitraria tantùm requiratur quantitatum divisio, vel multiplicatio, indubitabile signum est ipsa de utraque quantitatum specie simul exponi, quandoquidem quantitates omnes naturâ suâ divisibiles sunt, & ex apposita conditione liberum manet illas quocumque modo dividere. Unde sequitur hujusmodi problemata quantitates in genere sumptas respicientia generaliter enuntianda esse: Si verò per appositam in quæstione conditionem determinatæ vel multiplicationes, vel divisiones necessariæ sint ad quæsitum efficiendum, tunc generales commensurabilitatis, vel incommensurabilitatis regulæ, sive canones docebunt

utrum numerorum eſſentiæ talibus multiplicationibus, aut diviſionibus ferendis idoneæ ſint. Atque ſic agnita ejus quod proponitur univerſalitate, vel particularitate, univerſalis etiam, aut particularis efformanda concluſio eſt.

XXX. Optimam verò tum commenſurabilitatis, tum incommenſurabilitatis inveſtigandæ methodum nobis tradit alterna quantitatum diviſio, quæ ſi diviſore dividuum ſuum exactè numquam dividente, vel numquam ita ſecante quin aliquid reſidui pro ulteriori diviſione ſuperſit perpetua fiat, certiſſimum erit latentis inter diviſas quantates incommenſurabilitatis indicium. Si verò ad perfectam, exactamque dividui æquiſectionem pervenire, atque ſic deficiente reſiduo diviſionem ſiſti contingat, evidens erit commenſurabilitatis inter diviſas quantitates exiſtentis argumentum. Quapropter ad evincendam duarum quantitatum incommenſurationem nihil aliud oſtendi debet quàm eas ſic ad invicem eſſe comparatas, ut ex infinitis particulis, ab innumeris ipſarum ſe ſe reciprocè dividentium ſectionibus oriundis ne minima quidem unius portio alterius quantumlibet exiguæ portioni æqualis occurrere poſſit, ſicut ad arguendam aliarum commenſurationem probaviſſe ſufficiet talem inter eas reperiri neceſſitudinem ut illarum reciproca diviſio paululùm progreſſa propter exſurgentem dividui æquiſectionem deſinere cogatur, quælibet enim operatio ad æqualitatem perducta in unitatem, atque identitatem incidit, itaut illam ulterius provehi repugnet.

XXXI. Atque hæc pauca de ſymmetria, & aſſymmetria prælibaſſe ſufficiat, nunc cæteras quãtitatis in genere ſumptæ proprietates proſequamur. Quando igitur binas inter quantitates exiſtens æqualitas, aut inæqualitas latiſſimè ſumpta vocabulorũ ſignificatione conſideratur, ſive quando non determinatur quænam, & quanta ſit illa vel æqualitas, vel inæqualitas, ſed vaga tantùm, & illimitata concipitur, tunc, ut ſuprà concluſum eſt, inter propoſitas quantitates ſecundum quantitatis molem comparatas ſimplex æqualitatis vel inæqualitatis emergit habitudo; verùm ſi hujus

habitudinis significatio restringatur, & æqualitatis aut inæqualitatis genus ad particularem aliquam speciem revocetur, atque determinetur, quamvis æqualitas nullam propriè loquendo admittat varietatem, tunc determinatus ille binarum quantitatum respectus non jam simplex æqualitatis, aut inæqualitatis habitudo, sed ratio, dicitur; unde hîc rationem, vel proportionem definire licet dicendo eam esse determinatam quandam æqualitatis, inæqualitatisve speciem.

XXXII. Quoniam autem duarum quantitatumdifferentia noscitur per minoris à majore ablationem, ac minor à majore vel semel, vel quoties id fieri potest aufferri valet, ex his duobus diversis quantitatem à quantitate detrahendi modis, duæ diversæ nascuntur rationum vel proportionum species. Prima videlicet quæ ex simplici subtractione, hoc est quantitatem à quantitate semel aufferendo generatur, numeralis sive arithmetica ratio, proportiove dicitur. Secunda verò, quæ à divisione, hoc est quantitatem à quantitate quoties id fieri potest aufferendo oritur, ratio sive proportio geometrica nominatur, & orta ex unius quantitatis per aliam divisione quantitas, rationis quotus, vel quantitas, sive etiam quia quotus ille quantitates, ex quarum divisione provenit in certa æqualitatis, aut inæquælitatis specie constituit, rationis denominator, atque species vocari consuevit.

XXXIII. Jam verò cùm duplex sit inæqualitas, excessus nimirum, atque defectus, idcircò duarum inæqualium quantitatum comparatio dupliciter institui potest. Quando major quantitas minori comparatur ipsarum ratio excessiva dicatur, quoniam tunc comparatio fit secundum excessum. Quando verò minor majori confertur, ipsarum ratio defectiva vocetur propter factam secundum defectum comparationem. Quantitates autem sic comparatæ rationis termini vocantur, quorum primus, à quo nempe ratio incipit, antecedens; secundus verò, in quo desinit, consequens nominatur.

XXXIV. Maxima autem distinctio facienda est inter rationis terminos, & ipsam rationem. Nam rationis termini in

infinitum augeri possunt, manente semper eadem ratione, ut suo loco probabitur.

XXXV. Jam quando duæ similes, sive æquales rationes inter se comparantur, hæc similium rationum comparatio, analogismus, sive adhuc proportio dicitur, ubi videre est Mathematicos proportionis nomine vulgò abuti solitos dum per illud rationem etiam significare volunt, quando autem duæ similes rationes inter se comparatæ numerales sunt, sive arithmeticæ, tunc arithmetica proportio nuncupatur, gormetrica verò dicitur dum comparatæ rationes geometricæ sunt. Rem illustremus exemplis: Sunto duæ quantitates, verbi gratiâ, duo sequentes numeri 12. & 3. quos inter se confere velimus. Primò semel detrahamus minorem 3. ex majore 12. dico residuum numerum 9. qui post subductionis opus remanet, esse excessum, sive differentiam majoris numeri 12. à numero 3. atque excessum illum, sive determinatam propositorum numerorum differentiam generare, ac constituere arithmeticam rationem. Amplius si duas quascumque arithmeticas rationes modo inter se similes conferam, verbi gratiâ, rationem 12. ad 3. cum ratione 15. ad 6. nam detrahendo 6. ex 15. tantumdem relinquitur quàm si 3. ex 12. demeretur, nimirum 9. assero hanc arithmeticarum atque similium rationum comparationem, quæ per differentiarum æqualitatem progreditur, generare ac constituere proportionem arithmeticam, sive numeralem.

XXXVI. Jam verò propositis iisdem numeris 12. & 3. minorem 3. ex majore 12. non semel ut ante, sed quoties id fieri potest aufferamus, sive quod idem est majorem 12. per minorem 3. dividamus, quotus ex hac divisione proveniens est numerus 4. qui suis unitatibus indicat numerum 3. in numero 12. quater contineri, vel numerum 12. quadruplum esse numeri 3. Dico igitur excessum numeri 12. supra numerum 3. eo quo dictum est modo, videlicet divisionis ope determinatum, atque limitatum, generare ac constituere proportionem geometricam, & si duas rationes quascumque geometricas, dummodo inter se similes sint invicem conferam, verbi gratiâ, rationem 12. ad 3.

ad 3. cum ratione 8. ad 2, etenim 12. per 3. aut 8. per 2. dividendo ſemper oritur numerus 4; hæc rationum geometricarum, ſimiliumque comparatio generat, atque conſtituit analogiſmum, ſive proportionem geometricam. XXXVII.

Ex his quæ de quantitatis naturâ huc uſque dicta ſunt, facile colligitur ad theoriam, ſive ſpeculationem matheſeos univerſalis animo ritè percipiendam nihil aliud requiri quàm ut perfectam ambarum quantitatis ſpecierum, videlicet numeri, atque magnitudinis notitiam nobis comparemus: Deinde ut quantitatis in genere ſumptæ proprietates mente complectamur, quæ quidem proprietates ad ſex reduci ſuprà vidimus, nimirum ad æqualitatem, & inæqualitatem; commenſurabilitatem, & incommenſurabilitatem; proportionem, ac diſproportionem; & hinc axiomata deducamus, quæ poſteà pro fundamento argumentorum ad veritatem his in rebus indagandam neceſſariorum adhibere poſſimus. XXXVIII.

Nunc oſtenſis iis quæ ſpectant ad ſpeculationem univerſalis matheſeos, attingamus ea quæ ad ejus praxim requiruntur. Pauci numero ſunt, & valde ſimplices modi, quibus in matheſi analyticum, atque ſyntheticum opus omne peragitur, quos ratiocinio exquirere, atque enumerare facillimum eſt. Quicquid enim circa quantitates operaberis neceſſariò fiet aliquid eis addendo, aut aliquid ab eis detrahendo, quoniam quanti natura non ſinit, neque ſub imaginationem cadit aliud quid per quaſcumque operationes huic ſubjecto advenire poſſe quàm augmentum, aut decrementum. Jam verò in arithmeticis pro diverſa quantitatum oblatarum mole, atque habitudine, ac voluntate unam ab alia ſemel, vel multoties auferendi; in geometricis autem pro metamorphoſi, per quam magnitudines multiplicationis, atque diviſionis ope è genere ad genus aſcendentes, deſcendenteſve, ideſt modò plures, modò pauciores dimenſiones poſſidentes varias ſpecies induunt, ipſæ operationes, quamvis omnes augmenti, vel decrementi naturâ ſuâ participes, notabilem in forma varietatem ſuſcipiunt. Verbi gratiâ, propoſitis pluribus numeris inter ſe inæqualibus, quos in unum

colligere, sive singulos singulorum incrementis augere est animus, operatio, sive regula, per quam omnium simul sumptorum valor habetur, Additio simpliciter dicitur; verùm quãdo æquales existunt illi numeri qui proponuntur, sive quando unicus, sed aliquoties repetitus numerus objicitur, qui plurium vice consideratur, oportetque ut priùs eorum summam quærere, posito solùm unico ex datis illis numeris, invicem æqualibus, atque alio quoties primò positus accipi debeat indicante, postea certæ regulæ ope, à priori diversæ, quæ multiplicatio vocatur, totum ex datorum numerorum ut partium collectione genitum elicitur, quæ regula nihil aliud est quàm additionis compendium; idem enim per additionem fieri posset, quod expeditius fit per multiplicationem. Pariter si propositis duobus inæqualibus numeris minorem à majori semel auferre velimus, regula per quam eorum differentia, sive residuum manifestatur subtractionis, sive subductionis nomen obtinet. At quando minorem numerum à majore non jam semel ut antè, sed quoties possibile est detrahere jubemur, quamvis illum numerum, qui unitatibus suis denotat quoties minor in majore continetur, & qui propterea quotus nominatur, per crebas subductiones tandem reperire possemus, verumtamen faciliùs eadem operatio perficitur per alteram regulam, quam divisionem appellamus. Similiter propositis aliquot magnitudinibus, ipsæ per additionem, atque subductionem mole crescent, aut minuentur, at earum dimensionum numerum augebit, vel contrahet multiplicatio, atque divisio. Est adhuc peculiaris quædam divisionis species, in qua unica quantitas datur, nimirum quando quotus divisori æqualis esse debet. Atque hic dividendi modus extractio radicum dicitur, & in eo generaliter consistit ut proposita qualibet quantitate talis alia quantitas inveniatur, quæ aliquoties in se ducta quantitatem primò positam restituat, vel multò explicatius ut proposita quælibet quantitas in tot dimensiones æquales, quod quis jusserit resolvatur, atque una ex illis exhibeatur: Specialiter verò in arithmeticis, ut ex aliqua quantitate data talis

pars extrahatur, quæ in se aliquoties multiplicata illam quantitatem à qua educta est producat. Sic in universum sive Arithmetica, sive Geometrica spectes quinque numerari possunt operandi formæ, sive regulæ, per quas omnis computandi ratio perficitur, sive logistice generalis absolvitur; Additio nimirum, Subductio, Multiplicatio, Divisio, atque Radicum Extractio, quas omnes, si rem summo jure expendere velis, ad Subductionem, atque Additionem, tamquam ad duo genera, quorum aliæ regulæ species sunt, reducere possis.

XXXIX. Quamobrem sive praxim, sive theoriam spectes, generalis mathematicarum disciplinarum scientia paucis absolvitur; naturâ enim atque generatione quantitatis, ejusque specierum, videlicet, multitudinis, ac magnitudinis ritè explicatis, in essentiam æqualitatis, & inæqualitatis diligenter inquiri debet; posteà commensurabilitatis, & incommensurabilitatis fontes indagare, ostendere; demum à quibus principiis proportionalitas improportionalitasve oriatur considerare; ac deniqne omnium operationum, quæ circa quantitatem fieri possunt, videlicet Additionis, Subductionis, Multiplicationis, Divisionis, & Radicum Extractionis artificium, usum, ac proprietates exponere; & generales Canones efformare, àquibus velut ab uberrimis demonstrationum fontibus expositarum rerum doctrina derivetur. Hic verus, & naturalis ordo ad perfectam harum scientiarum structuram omninò necessarius est, quem tamen adhuc, ni fallor, observavit nemo, sed quem sequentes, ea quæ confusè tantùm alii docuerunt, nos perspicuâ methodo trademus. Quum igitur hoc in capite dictarum quantitatis affectionum, necnon omnium operationum quæ circa quantitatem fieri possunt ortus atque generationes satis superque ostenderimus, consequens esset, ut susceptâ seorsim de singulis institutione, necessaria de omnibus præcepta unde argumenta, conclusionesque ad hanc materiam spectantes deduci possent, traderemus; verum quia jam aliqua tantum artis restauratæ specimina dare volumus, ideò reliqua, quæ tamen hîc quasi digito monstravimus, in alio

opere dicturi, solumomdo proportionum fundamenta, & præcipua multiplicationis, atque divisionis quantitatum symptomata, quæ maximè in usum veniunt, adjungemus.

CAPUT SECUNDUM.

De Proportionibus. FONS INVENTIONIS.

QUONIAM ratio quælibet antecedentis per consequentem divisione reperitur, patet eas rationes invicem æquales esse, ac dici debere, quæ suorum antecedentium per proprios consequentes divisione quotos, sive denominatores æquales fortiuntur; illas verò inæquales, quarum antecedentes per proprios consequentes sigillatim divisi diversos quotos, sive denominatores relinquunt: Et majorem quidem illam quæ per majorem quotum, minorem verò eam quæ per minorem quotum exhibetur. Deinde etiam manifestum est antecedentem terminum pro dividuo quodam haberi, cui consequens tanquam divisor supponitur. Unde fit juxta divisionis leges ut cujuslibet rationis quotus consequentem terminum multiplicans, antecedentem quem divisit restituat. Quapropter si proponatur anologismus quicumque, sive series duarum æqualium rationum geometricarum, verbi gratiâ, A. B :: α. β; & sit idem æqualium rationum quotus q, nimirum $\frac{A}{B}$ (q, & $\frac{\alpha}{\beta}$ (q; productis sub communi quoto, & utrisque consequentibus in antecedentium loca substitutis, hoc est mutatis tantum antecedentium nominibus poterit idem analogismus novâ sub specie sic exhiberi qB. B :: qβ. β. Deinde verò ad inveniendas tam rationis quàm analogismi proprietates omnes, & cætera ad proportionum materiam spectantia, nihil aliud agendum est quàm novos illos rationis sive analogismi terminos modis omnibus transponere, atque transformare per additionem, subductionem, multiplicationem, divisionem, radicum extractionem, ac per varias noviter repertorum æquipollentias ac interpretationes; ascitis etiam quandoque ad id efficiendum externis quantitatibus; nam

si post has operationes eadem, quam ante fuerat, ratio remaneat: vel si termini transpositionem vel mutationem aliquam passi proportionales semper existant (quod statim antecedentis per consequentem divisione notum fiet) modus erit inventus rationem, vel analogismum conservandi; sin minùs, destruendi.

DE MODIS ANALOGISMVM CONSERVANDI.

INVESTIGATIO I.

Exponantur duæ rationes A. B. & C. D, eidem rationi $\alpha.\beta.$ sigillatim æquales: sic A. B. :: $\alpha.\beta$: : C. D.

Quoniam ex hypothesi A. B :: $\alpha.\beta.$ ergo per æqualium rationum notionem atque definitionem (sicut in inventionis fonte dictum est) erit $\frac{A}{B}$ (q. & $\frac{\alpha}{\beta}$ (q. Atqui per eandem rationem fit $\frac{\alpha}{\beta}$ (q. & $\frac{C}{D}$ (q. Quare cùm sit $\frac{A}{B}$ (q, & $\frac{C}{D}$ (q. Ideo,

INVENTUM I.

A. B :: C. D.

QUOD SIC ENUNCIATUR.

Rationes eidem rationi æquales inter se æquantur.

INVESTIGATIO II.

A.

B, C, D

Exponantur quotcumque quantitates B, C, D. invicem æquales, & sit alia quævis quantitas A.

Vnaquâque datarum quantitatum B, C, D per eundem divisorem A divisâ: vel eâdem quantitate A, per singulos divisores B, C, D sectâ, æquales quotos semper prodire necesse est, propter positam repetiti divisoris A identitatem, & dividuorum B, C, D æqualitatem: vel propter positam repetiti dividui A identitatem, & divisorum B, C, D æqualitatem. Quare per rationum æqualium definitionem.

INVENTUM II.

A. B :: A. C :: A. D atque etiam B. A :: C. A :: D. A.

QVOD SIC ENUNCIATUR.

Eadem quantitas ad plures æquales collata, ſicut plures quantitates æquales ad eandem comparatæ quantitatem, rationem habent æqualem.

INVESTIGATIO. III.
PER PROPORTIONALEM ADDITIONEM.

Exponatur analogiſmus quicumque A. B :: α. β, qui (ut in inventionis fonte dictum eſt) novâ ſub ſpecie ſic exhibeatur qB. B :: qβ. β.

Quoniam $\frac{qB}{B}$ (q, vel $\frac{\alpha}{\beta}$ (q, atque etiam $\frac{qB+q\beta}{B+\beta}$ (q, nam $q \times B + \beta \sqcap qB + q\beta$, & $q \times B \sqcap qB$, vel $q \times \beta \sqcap q\beta$.

ERGO INVENTUM I.

qB+qβ. B+β :: qB. B :: qβ. β. Ideſt A+α. B+β :: A. B :: α. β.

QUOD SIC ENUNCIATUR.

1°, Si quantitates A & B rationem quamlibet geometricam continentes augeantur quantitatibus α & β (antecedens quidem antecedente, conſequens verò conſequente) inter quas α & β eadem ratio cadat quam quæ inter A & B reperitur; itaut auctæ fiant A + α & B + β. Erit ut ſimplex A ad ſimplicem B, ſic aucta A + α ad auctam B + β, quare:

A proportionali terminorum augmento, ratio, atque adeò proportio non mutatur.

2°, *Si ſint quotlibet rationes æquales* A. B :: α. β. *(nam quando plures eſſent eodem modo procederet argumentatio), ut unus terminus antecedens ad ſuum conſequentem, ſic ſumma omnium antecedentium ad ſummam omnium conſequentium.*

COROLLARIUM.

Quare ſi in una quantitatis ſpecie, videlicet in numeris abſolutis, minimi cujuſlibet rationis termini exiſtant, qui ſint A & B, quoniam A. B :: A. B. ergo per probata

(A + Aπ) 2A. (B + Bπ) 2B : : A. B. & erunt termini 2A & 2B proxime majores, eandem quam minimi A & B rationem continentes, quoniam minimo proportionali augmento crevêre. Deinde quia 2A. 2B : : A. B. ergo etiam per probata 3A. 3B : : A. B, eruntque termini 3A. & 3B. proxime majores, eandem quam ipsi 2A. & 2B, vel ipsi A. & B. rationem continentes, quoniam minimo proportionali augmento rursus crevêre, atque eo deinceps progressu. Igitur:

In numeris duo cujuslibet rationis termini aut minimi sunt hujus rationis termini, aut horum minimorum æquimultiplices.

INVESTIGATIO IV.

PER PROPORTIONALEM SUBDUCTIONEM.

Iisdem ut priùs positis nimirum A. B : : α. β, ideſt qB. B : : qβ. β.

Quoniam $\frac{qB-q\beta}{B-\beta}$ (q, & $\frac{qB}{B}$ (q, vel $\frac{q\beta}{\beta}$ (q. Nam ut prius idem quotus q, divisores B—β & B vel β multiplicans dividua qB—qβ & qB. vel qβ restituit. Ergo:

INVENTUM II.

qB—qβ. B—β : : qB. B : : qβ. β. ideſt A—α. B—β : : A. B : : α. β.

QUOD SIC INTERPRETARI LICET.

1°, Si quantitates A. & B. rationem quamlibet geometricam cõtinentes minuantur quantitatibus α. & β, inter quas ablatitias eadem ratio cadat quam quæ inter totales A. & B. reperitur; itaut reſiduæ fiant A—α & B—β; erit ut tota A. ad totam B sic reſidua A—α ad reſiduam B—β. Quare:

A proportionali terminorum decremento ratio, atque adeo proportio non mutatur.

Etſito torum & ablatorum una eademque ratio fuerit, eadem erit & reliquorum.

Vel aliis verbis; *Si tota partibus ſibi proportionalibus multentur, reſidua totis, vel ablatis proportionalia ſunt.*

2°, *Si ſint quotlibet rationes æquales* A. B. : : α. β. (*nam*

quando plures essent eodem modo procederet argumentatio) ut unus terminus antecedens ad suum consequentem, sic differentia omnium antecedentium ad differentiam omnium consequentium.

INVESTIGATIO V.

PER COMMUNEM MULTIPLICATOREM.

Exponatur ratio quælibet (geometricam semper intelligo) terminis A. & B. expressa, quorum uterque per eandem, C. multiplicetur, ita ut producta fiant AC. & BC.

Quoniam $\frac{AC}{BC}$ ($\frac{A}{B}$ & $\frac{A}{B}$ ($\frac{A}{B}$ nam ut prius idem quotus $\frac{A}{B}$ divisores B C & B multipicans dividua A C & A restituit. Ergo per inventionis fontem.

INVENTUM III.

AC. BC :: A. B.

QUOD SIC INTERPRETARI LICET.

1° *A communi multiplicatore ratio vel proportio non mutatur.*
Vel ; *Si eadem quantitas duas alias multiplicet productæ quantitates multiplicatis propertionales eront.*

INVESTIGATIO. VI.

PER COMMUNEM DIVISOREM

Exponatur ut prius ratio quælibet terminis A. & B. expressa, quorum uterque per eandem, d, dividatur, itaut quoti fiant $\frac{A}{d}$ (x & $\frac{B}{d}$ (y.

Quoniam quoti x & y eumdem divisorem d, multiplicantes dividua A. & B. restituunt. Ergo:

INVENTUM. IV.

A. B. (πxd. yd) :: x. y.

QUOD SIC INTERPRETARI LICET.

A communi divisore ratio, atque adeo proportio non mutatur

tatur: vel aliis verbis; *Si duæ quantitates per eandem dividantur, ratio quotorum eadem est quam quantitatum divisarum.*

2°, Quia A. B :: x. y. Id est ratio A. d. ad rationem B. d, quoniam binæ illæ rationes per quotos x & y earum indices sigillatim significantur. Ergo,

Binæ rationes (A. d & B. d) *eundem consequentem* (d) *habentes sunt inter se ut directo ordine sumpti antecedentes* (A. B.)

COROLLARIUM I.

Hinc facilè demonstratur Regula additionis, & subductionis fractionum diversas, denominationes habentium.

Sunto enim duæ diversæ denominationis fractiones $\frac{n}{d}$ & $\frac{N}{D}$, quas in unam colligere, vel unam ab alia subducere velimus.

Regula docet harum fractionum summam, vel differentiam esse $\frac{nD \pm Nd}{dD.}$

Quoniam verò nD. dD :: n. d, atque etiam Nd. dD :: N. D. Ergo $\frac{nD}{dD} \Pi \frac{n}{d}$, & per eandem rationem $\frac{Nd}{dD} \Pi \frac{N}{D}$ consequenter igitur $\frac{nD \pm Nd}{dD} \Pi \frac{n}{d} \pm \frac{N}{D}$: ut erat ostendendum.

COROLLARIUM. II.

Hinc etiam demonstrantur Regulæ multiplicationis, atque divisionis fractionum.

Nam 1°, Sunto duæ fractiones $\frac{n}{d}$ & $\frac{N}{D}$, quas inter se multiplicare velimus.

Regula docet harum fractionum productum esse $\frac{nN}{dD}$.

Jam si Regula bona est fieri debet ex multiplicationis naturâ 1. $\frac{n}{d} :: \frac{N}{D} . \frac{nN}{dD}$, & utriusque propositæ fractio-

nis tam denominatoribus, quàm numeratoribus in denominatorem producti, videlicet dD ductis, positoque $\frac{dD}{dD}$ pro unitate, superior quantitatum series mutatis tantùm propositarum fractionum, & unitatis nominibus novâ sub specie sic exhibebitur $\frac{dD}{dD}.\frac{nD}{dD} :: \frac{Nd}{dD}.\frac{nN}{dD}$. Et quia per probata $\frac{dD}{dD}.\frac{nD}{dD} :: dD.nD$, atque etiam $\frac{Nd}{dD}.\frac{nN}{dD} :: Nd.nN$, estque $\frac{dD}{dD}$ unitas, erit igitur $dD.nD :: Nd.nN$, & productum sub extremis $dDnN \sqcap nDNd$ producto sub mediis. Quod cùm verum sit sequitur 1. $\frac{n}{d} :: \frac{N}{D}.\frac{nN}{dD}$ verum esse analogismum, & $\frac{nN}{dD}$ productum esse fractionum $\frac{n}{d}$ & $\frac{N}{D}$ invicem multiplicatarum, atque adeò traditam Regulam bonam esse.

Simili prorsus argumentatione demonstrabitur legitimam esse traditam de fractionum divisione Regulam.

INVESTIGATIO V.

PER OMNIMODAM QUOTLIBET QUANTITATUM INTER SE MULTIPLICATIONEM.

1°, Sunto duæ quælibet quantitates A & B, quæ se invicem modis omnibus multiplicent, itaut producta fiant AB, & BA.

Si $A \sqcap B$ manifestum est $AB \sqcap BA$ ob invariabilem æqualitatis naturam; sed si alterutra puta $B \sqsupset A$, itaut earum differentia sit E, erit $B - E \sqcap A$, & $A + E \sqcap B$.

Jam quia $A + E \sqcap B$, igitur utrâque æqualitatis parte per eandem A multiplicata, productum $(A \times A + E \sqcap) + AA + AE \sqcap AB$.

Sed etiam $B - E \sqcap A$, igitur utrâque æqualitatis parte per eandem B multiplicata, factum $(B \times B - E \sqcap) + BB - BE \sqcap BA$.

Productum autem $(A+E\times A+E\Pi)+A^2+2AE+E^2\Pi+BB$, & productum $(A+E\times -E\Pi-AE-EE\Pi)-BE$. Atque horum productorum summa $AA+AE\Pi(+BB-BE\Pi)+BA$, consequenter igitur $AB\Pi BA$.

OPERATIO TALIS EST.

MULTIPLICATIONES.

1ª	2ª	3ª	4ª
$A+E\Pi+B$ $\times A$	$+B-E\Pi A$ $\times B$	$-E$ $\times A+E\Pi+B$	$+A+E\Pi+B$ $\times +A+E\Pi\times B$
$+A^2+AE\Pi+AB$	$+BB-BE\Pi+BA$	$-AE-E^2\Pi-BE$	$+A^2+2AE+E^2\Pi+B^2$ $-AE-E^2\Pi-BE$ } Additio.

Summa $+A^2+AE\Pi(+B^2-BE\Pi)+BA\Pi+AB$.

2°, Tres quantitates A, B, C, modis omnibus se invicem multiplicando producant ABC, ACB, BCA, BAC, CAB, CBA.

Ex demonstratis $BC\Pi CB$.

Ergo $A\times BC\Pi A\times CB\Pi BC\times A$.

Pari ratione $CA\Pi AC$.

Ergo $B\times AC\Pi CA\times B$.

Sed etiam $AB\Pi BA$.

Igitur $C\times AB\Pi C\times BA$. Omnia igitur enata producta æquantur inter se.

Simili prorsus argumentatione probabitur quatuor, vel plurium quantitatum quocumque ordine sumptarum producta inter se æquari, nam semper in aliquot earum productis tres termini (si quatuor adsint quantitates, vel quatuor termini, si propositæ quantitates quinque numero existant, & sic in infinitum) similes se invicem multiplicabunt, quorum facta inter se æquabuntur, ut jam conclusum est; ideoque licet quarta, vel ulterior quantitas residua talia facta multiplicet, sive ab eis multiplicetur, genita ab his multiplicationibus producta inter se æquari necesse est. Quare

INVENTUM. V.

Si plures quantitates se invicem multiplicent producta sunt æqualia quocumque quantitatum ordine multiplicatio fiat.

DEMONSTRATIO PARTICULARIS IN NUMERIS.

Ex numero A in numerum B fiat A B, & ex numero B in numerum A fiat B A. DICO A B ⊓ B A.

Ex multiplicationis, & numerorum naturâ productus numerus A B constat ex multiplicato numero B toties posito, quot sunt in multiplicante A unitates. Unde si ex singulis numeris B, in producto A B contentis sumatur unitas, sumptarum unitatum multitudo æquabitur unitatum in numero A contentarum multitudini; hoc est sumptarum unitatum aggregatum æquabitur numero A. Toties autem sumi poterit illud aggregatum quot sunt in numero B unitates. Sed in producto numero B A multiplicatus numerus A toties continetur, quot sunt in multiplicante B unitates, ex multiplicationis naturâ, ergo productus numerus B A æquatur producto numero A B, sicut erat ostendendum.

INVESTIGATIO VI.

Per mutuam terminorum analogismum efficientium multiplicationem.

Posito ut priùs qB. B :: qβ. β. extremos terminos invicem, & medios etiam inter se multiplcando, fit

INVENTUM VI.

qB β ⊓ Bqβ. per mox probata.

QUOD SIC ENUNCIATUR.

Si quatuor quantitates proportionales fuerint, productum sub extremis æquatur producto sub mediis.

ALIA EJUSDEM REI DEMONSTRATIO.

Esto A. B :: α. β. ergo $\frac{A}{B} \Pi \frac{\alpha}{\beta}$ & utramque æqualitatis partem per Bβ multiplicando fit $\frac{AB\beta}{B} \Pi \frac{\alpha B\beta}{\beta}$ ideſt A$\beta \Pi \alpha$B. ut erat oſtendendum.

COROLLARIUM I.

Itaque cognitis analogiſmi tribus terminis quibuſcumque quartus invenietur.

1°, Si duo medii dentur cum uno extremorum, invenietur alter extremus multiplicando duos medios inter ſe, & productum dividendo per datum extremum; quotus enim ex hac diviſione proveniens æquabitur alteri extremo.

Verbi gratiâ, detur A.B :: C.O, ſitque O, ignotus terminus, fiet $\frac{BC}{A} \Pi$ O. & erit A.B :: C. $\frac{BC}{A}$. Nam productum ſub extremis $\frac{BCA}{A} \Pi$ B C producto ſub mediis. Etenim $\frac{BCA}{A} \Pi$BC. Atque hæc 1ª. corollarij pars fundamentum eſt Regulæ trium directæ.

2°, Si dentur duo extremi cum uno mediorum, alter medius invenietur productum ex multiplicatione extremorum dividendo per datum medium. Nam quotus ex hac diviſione proveniens æquabitur alteri medio.

Verbi gratiâ; Detur A. B :: O. D. erit o ignotus terminus æqualis $\frac{AD}{B}$, unde naſcetur integer analogiſmus A. B :: $\frac{AD.}{B}$ D. Nam AD$\Pi \frac{ADB.}{B}$ Atque hæc 2ª. corollarii pars fundamentum eſt Regulæ trium everſæ.

3°, Vel ſi datis duabus quantitatibus tertiam proportionalem adjungere velimus, multiplicabimus 2ªm in ſe,

& productum dividemus per 1^{am}; ac quotus ex hac divisione proveniens erit 3^{a}. proportionalis quæsita.

Veluti si dentur duæ quantitates A & B. fiat $\frac{BB}{A}$, & erunt A. B. $\frac{BB}{A} \div\div$ nam $\frac{BBA}{A} \sqcap$ B B.

4°. Vel tandem si datis duobus extremis quæratur medius proportionalis. Multiplicari debent inter se dati extremi, & producti radix subæquibimensa erit medius quæsitus.

Nam radix subæquibimensa seipsam multiplicans dat suum æquibimensum, sive productum sub extremis.

APPENDIX I.

Ex continuatâ methodo tertiam proportionalem ad duas datas quantitates adjungendi patet inventio Mesolabii, sive inventio quotlibet mediarum continuè proportionalium inter duas datas quantitates, puta inter A & B.

Nam quia A. B. $\frac{BB.}{A} \div\div$ & eâdem methodo A.B. $\frac{B^2}{A}\ \frac{B^3}{A^2} \div\div$ Atque etiam A. B. $\frac{B^2.}{A}\ \frac{B^3.}{A^2}\ \frac{B^4}{A^3} \div\div$ & sic in infinitum; omnibusque $1^{æ}$ quantitatum seriei terminis per A. $2^{æ}$ per A^2. $3^{æ}$ per A^3 multiplicatis fit A^2. AB. $B^2 \div\div$, & A^3. A^2B. AB^2. $B^3 \div\div$, Atque etiam A^4. A^3B. A^2B^2. AB^3. $B^4 \div\div$ Itaque.

REGULA.

Si inter duas quascumque quantitates puta A & B unum medium proportionale reperire velim, unamquamque attollam ad 2^{am} potestatem, ut fiat A^2 & B^2 inter quas cadet unum medium proportionale A B. Si verò duo media proportionalia reperire velim, ipsarum A & B. tertias potestates sumam, nimirum A^3 & B^3, inter quas cadent duo media proportionalia A^2B & AB^2 &c: uno verbo ut habeãtur tot media proportionalia, quot quis voluerit inter duas datas quantitates, debent ipsæ ad eos gradus attolli, quorum index unitate

excedit numerum quæsitorum mediorum. Nam ex dicta methodo plures quantitates continuè proportionales inveniendi manifestum fit inter duo æquibimensa cadere unum medium proportionale, ac inter duo æquitrimensa duo media proportionalia reperiri, & sic in infinitum. Jam verò quoniam quæ sunt proportionalia potestate, sunt etiam proportionalia radice; sumptis igitur tam ipsarum potestatum, quàm mediorum proportionalium radicibus, ab ipsarum potestatum gradu denominatis optatum habebitur. Nam quia est A^2. AB. $B^2 \div\div$ ergo A. $\sqrt{AB}$|. B $\div\div$ vel quia A^3. A^2B. AB^2. $B^3 \div\div$ ergo A. $\sqrt[3]{A^2B}$|. $\sqrt[3]{AB^2}$|. B $\div\div$, & eo deinceps progressu.

APPENDIX II.

Hinc & ex quatuor primis inventis methodus elicitur datam quamlibet rationem majoribus, vel minoribus terminis, quam ii, quibus ipsa continetur ad, libitum exprimendi, idque duobus modis.

Detur enim quælibet ratio A. B.

1°, Sumptâ quâlibet quantitate α, fiat A. B :: α. β. sive tribus A, B, α inveniatur 4^a. proportionalis β. & erit per 1^{um}. inventum A. B :: A $\doteq$ α. B $\doteq$ β.

2°, Positâ eadem ratione A. B. ducatur uterque terminus A & B in eandem quantitatem D. fietque AD. BD :: A. B. per inventum 3^{um}.

Vel dividatur uterque terminus A & B per eandem C, & habebitur $\frac{A}{C}$. $\frac{B}{C}$ :: A. B per mox probata.

APPENDIX. III.

Jam facilè est efficere ut duarum magnitudinum cujuscumque generis illæ sint, modo in unâ totidem dimensiones sint quàm in altera, proportio in rectis lineis conspiciatur.

Sunto enim duæ plurimensæ magnitudines ABC, & DEF.

Inter A & B reperiatur media proportionalis, quæ vocetur M, unde erit A. M. B $\div$, & consequenter

MM ⊓ AB, Atque sic $M^2C \sqcap ABC$. Postea fiat M.D::E.G. ergo MG ⊓ DE. unde erit MGF ⊓ DEF. ultimo fiat M. G::F.K. ergo MK ⊓ GF, & consequenter MMK⊓DEF. Quare MMC. MMK :: C.K. Eâdem prorsus methodo duorum quorumlibet plurimensorum similium ratio in rectis lineis exhibebitur. Qua de re plura verba fecimus initio libri secundi, cùm de compositionis, & resolutionis methodo disseruimus.

COROLLARIUM II.

Esto AD ⊓ BC. ex invento 4° fit A. B::AC (BC⊓) AD::C.D. ergo A. B::C. D. Quare

Si quatuor quantitates fuerint (A, B, C, D) *& productum extremarum* A D ⊓ B C *producto mediarum, illæ quatuor quantitates erunt proportionales.*

COROLLARIUM. III.

Esto $\frac{A}{B}$ (x, & $\frac{A}{C}$ (y. ergo B X ⊓ (A ⊓) c y, & hanc æqualitatem producti sub extremis c y cum producto sub mediis BX in proportionem resolvendo habetur C. B::X. Y. Ergo:

Si eadem quantitas A, *per duas alias* B & C *dividatur, & divisionum quoti sint* X & Y. *Vt quoti ad invicem* nempe X & Y *sic se habent inverso ordine sumpti divisores* C. B.

Vel brevius; *Ejusdem quantitatis per duas divisæ quoti sic se habent ad invicem ut inverso ordine sumpti divisores.*

2°, Si sint duæ rationes A. B & A. C. eundem antecedentem A habentes, erit ut ratio A. B ad rationem A. C (hoc est ut quotus X ad quotum Y) sic inverso ordine sumpti consequentes C. B.

QUOD SIC ENUNCIATUR.

Binæ rationes eundem antecedentem habentes sunt inter se ut reciprocè sumpti consequentes.

COROLLARIUM IV.

Hinc, & ex probatis ab initio liquet inventio summæ omnium

omnium terminorum continuæ proportionis geometricæ.

Nam esto quælibet series, cujus duo primi termini sint α, β, ultimus terminus ω, summa verò omnium terminorum quæsita z, summa omnium antecedentium erit $z-\omega$ & $z-\alpha$. summa omnium consequentium.

Quare per 1^um Inventum fit $\alpha . \beta :: z-\omega . z-\alpha$ & per ultimò repertum $\alpha z-\alpha\alpha \sqcap \beta z-\beta\omega$, ac per antithesim $+\beta z-\alpha z \sqcap +\beta\omega-\alpha\alpha$, & utraque æqualitatis parte per $\beta-\alpha$ divisa oritur $+z \sqcap +\frac{\beta\omega-\alpha\alpha.}{\beta-\alpha}$ unde elicitur

HÆC REGULA. *Si productum secundi, & ultimi termini æquibimenso primi multatum dividatur per differentiam primi, & secundi, quotus inde proveniens æquabitur summæ omnium terminorum continuæ proportionis geometricæ.*

COROLLARIUM V.

Exponantur quotlibet quantitates A, B, C.

Fiat $\frac{A}{B}$ (E & $\frac{B}{C}$ (H atque $\frac{A}{C}$ (K. Ergo BE $\sqcap$ (A$\sqcap$) CK: & hanc æqualitatem in proportionem resolvendo habetur B. C :: K. E. Ergo $\frac{B}{C}$ (H & $\frac{K}{E}$ (H. Ergo K$\sqcap$ EH.

QUOD SIC ENUNCIATUR.

Si fuerint quotlibet quantitates A, B, C, *ratio extremarum* A. C. *videlicet quotus* K, *eam significans, æquatur intermediis rationibus* A. B & B. C. *invicem multiplicatis, nimirum quotorum producto* E H, *has medias rationes exhibentium.*

APPENDIX.

Quare si fuerint duo quilibet proportionalium quantitatum ordines, quæ binæ in eâdem ratione sumantur, ex æquo proportionales erunt

Nam semper in utrâque proportionalium serie, æquales, & numero totidem intermediæ rationes existent, ergo extremarum rationes, quæ rationibus intermediis, quovis ordine inter se multiplicatis æquales sunt, sive ordinata, sive perturbata fuerit proportio, inter se æquari necesse est.

Verbi gratiâ, { I. Ordo directus A.B.C. } { & fit A. B :: D.F,
{ II. Ordo directus D.F.G. } { Item B.C :: F.G.

Ergo $\frac{A}{B}(q\frac{B}{C}(X$ } Jam ex demonstratis productum qX index est tam rationis A. C. quàm rationis D. G.
$\frac{D}{F}(q\frac{F}{G}(X$ } Ergo A. C :: D. G.

Deinde, { I. Ordo directus B.C. D. } & fit B. C :: β. γ.
{ II. Ordo turbatus δ. β. γ. } Item C. D :: δ. β.

Ergo $\frac{B}{C}(q\frac{C}{D}(X$ } Quia productum qX index est rationis B. D productum verò Xq. index est rationis δ. γ. & ex demonstratis qX Π Xq; idcirco B.D :: δ.γ.
$\frac{\beta.}{\gamma.}(q\frac{\delta.}{\beta}(X$ }

COROLLARIUM VI.

Hinc generalis methodus elicitur quotlibet rationes inter se componendi, vel unam ad aliâ subducendi, idque duobus modis.

Etenim dentur duæ quælibet rationes A. B, & C. D. quas in unam colligere velimus.

1° Fiat C. D :: B. E. & ratio A. E æquabitur rationibus intermediis A. B + (B. E Π) C. D.

Vel fiat H. A :: C. D : & ratio H. B. æquabitur rationibus intermediis (H. A Π) C. D + A. B.

2° Iisdem positis rationibus A. B, & C. D. Fiat AC, BC, BD.

Ergo AC. BC :: A. B. nec non BC. BD :: C. D. per inventum 4^um.

Ergo ratio extremarum AC. BD. æquatur rationibus intermediis (AC. BC. + BC. BD Π) A. B + C. D.

QUOD SIC ENUNCIATUR

1° *Si fiat ut antecedens terminus unius rationis ad suum consequentem, ita alterius rationis consequens ad aliam*

quantitatem, vel ita alia quantitas ad alterius rationis antecedentem; ultimò ſumptæ rationis antecedens ad inventam quantitatem, vel inventa ad ultimò ſumptæ rationis conſequentem, rationem habebit ex propoſitis rationibus compoſitam.

2° *Ratio producti antecedentium ad productum conſequentium componitur ex datis rationibus.*

Jam verò ſi proponantur duæ quælibet rationes A. B & C. D. ſitque ratio C. D ſubducenda ex ratione A. B.

1°, Fiat A. E. :: C. D, & habebitur A. E. B. Ergo ratio extremarum A. B æquatur rationibus intermediis (A. E ::) C. D + E. B. Quare ratio E. B. eſt propoſitarum rationum differentia.

2°, Poſitis iiſdem rationibus A. B. & C. D. Fiat AC. AD. BC.

Jam AC. BC :: A. B, & AC. AD :: C. D. Ergo extremarum ratio (AC. BC ::) A. B :: (AC. AD ::) C. D + AD. BC. Quare ratio AD. BC eſt datarum rationum differentia.

QUOD SIC ENUNCIATUR.

1°, *Si fiat antecedens terminus illius rationis, à qua altera data ratio ſubduci debet, ad aſcititiam quantitatem, ut eſt antecedens ſubducendæ rationis ad ſuum conſequentem, ratio aſcititiæ quantitatis ad 1° ſumptæ rationis conſequentem erit quæſita datarum rationum differentia.*

2°, *Si dentur duæ quæcumque rationes, ratio producti ſub extremis terminis ad productum ſub mediis eſt datarum rationum differentia.*

APPENDIX. I.

Quare ſi duo diverſi dentur Analogiſmi, verbi gratiâ,

A. B :: α. β.

&

D. E :: δ. ε.

Erit per mox probata (A. B + D. E ∩) AD. BE :: (α. β. + δ. ε ∏) αδ. βε.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [55] - 35
PUBLIC DOMAIN

QUOD SIC ENUNCIATUR.

Si proportionalia per proportionalia multiplicentur, facta sunt proportionalia.

APPENDIX. II.

Et si sint $\left\{\begin{matrix} A.B :: \alpha.\beta. \\ C.D :: \delta.\varepsilon. \end{matrix}\right\}$ fiat $\frac{A}{C}(X, \frac{B}{D}Y, \frac{\alpha}{\delta}(q, \frac{\beta}{\varepsilon}(H.$

Ergo XC. YD : : $q\delta. H\varepsilon$, Si quidem sunt ipsæmet quantitates analogisimi A.B : : $\alpha.\beta$. sed alio modo denominatæ, per divisionis leges.

Atqui ratio XC. YD Π rationibus X. Y + C. D, per antè probata;

Ratio verò $q\delta. H\varepsilon \Pi$ rationibus q. H + $\delta.\varepsilon$.

Ergo ab æqualibus rationibus XC. $Y\delta$: : $q\delta. H\varepsilon$ subductis utrimque æqualibus C. D & $\delta.\varepsilon$; (nam ex hypothesi C. D : : $\delta.\varepsilon$) reliqua ratio X. Y reliquæ rationi q. H æqualis erit.

QUOD SIC ENUNCIATUR.

Si proportionalia per proportionalia dividantur, orta sunt proportionalia, sive quoti sunt proportionales.

APPENDIX III.

Atque hinc sequitur, quæ sunt proportionalia radice esse proportionalia simili potestate, & contra.

Nam, verbi gratiâ, $A^2. B^2 \Pi$ A. B + A. B, &. $A^3.B^3 \Pi$ A. B + A. B + A. B &c.

APPENDIX IV.

Hinc etiam sequitur non solùm æquibimensa esse in ratione duplicata suorum laterum, æquitrimensa verò in ratione triplicata suorum etiam laterum, ut ostensum est, sed etiam generaliter omnia plurimensa similia esse in ratione homologorum laterum, æquimultiplicata numero dimensionum, ex quibus componuntur.

Verbi gratiâ, sunto duo quadrimensa ABCD & EFGH, quorum homologa latera sint in ratione R. S.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [56] - 36
PUBLIC DOMAIN

Quia { A. E :: R. S. / B. F :: R. S. / C. G :: R. S. / D. H :: R. S. } erit per multiplicationem ABCD. EFGH :: R^4. S^4.

APPENDIX V.

Hinc etiam sequitur si plures quantitates sint proportionales, ut est prima ad ultimam, sic esse potestatem primæ æquimultiplicatam numero terminorum minus uno ad potestatem similem secundæ.

Verbi gratiâ, sunto A. M. N. E ÷.

Quia { A. M :: A. M / M. N :: A. M / N. E :: A. M } erit per multiplicationem (AMN. MNE ::) A. E :: A^3. M^3.

APPENDIX VI.

Quare Methodus habetur datâ quantitate, sive unius, sive plurium dimensionum similem inveniendi, ad quam proposita quantitas datam teneat rationem: verbi gratiâ z. f.

1°, Si detur A; Fiat z. f :: A. B, & erit B. quantitas quæsita.

2°, Si detur A^2, inter z & f quæratur media proportionalis, quæ sit m, itaut fiat z. m. f ÷; Deinde ponatur z. m :: A. D: ergo A^2. D^2 :: (z^2. m^2 ::) z. f, ergo D^2. est quantitas quæsita.

3°. Si detur A^3. inter z & f quærantur duæ mediæ proportionales, puta n, p. itaut fiat z. n. p. f ÷ Deinde ponatur z. n :: A. C. ergo A^3. C^3 :: (z^3. n^3 ::) z. f. Igitur C^3 est quantitas quæsita.

Eodem modo in altioribus gradibus argumentari licet, ut manifestum est.

Quod si datæ rationis termini plures haberent dimensiones, priùs oporteret per ea, quæ ad finem inventi 4ti. tradita sunt, efficere ut datorum terminorum ratio in rectis lineis conspiceretur.

Quod si z sit 1, f verò 2, vel 3. &c. per traditam methodum habebitur cubi, ut vocant, vel aliæ cujuslibet potestatis duplicatio, triplicatio &c.

DE RELIQUIS MODIS ARGUMENTANDI PER PROPORTIONES.

Posito ut prius Analogismo A. B :: α. β, vel quod idem est qB. B :: qβ. β.

1°, Quia $\frac{B}{qB}\left(\frac{1}{q}\right.$, & $\frac{\beta}{q\beta}\left(\frac{1}{q}\right.$; nam $\frac{1}{q} \times \frac{qB \sqcap B.}{q\beta \sqcap \beta.}$, ergo per æqualium rationum definitionem fit B. qB :: β. qβ, ideſt B. A :: β. α.

QUOD SIC ENUNCIATUR.

Si quatuor quantitates directè proportionales fuerint, etiam inversè proportionales erunt.

2°, Quia $\frac{qB}{q\beta}\left(\frac{B}{\beta}\right.$, & $\frac{B}{\beta}\left(\frac{B}{\beta}\right.$. Ergo qB. q$\beta$ :: B. β. vel brevius per 3^{um} inventum, quia à communi multiplicatore ratio non mutatur, erit qB. qβ :: B. β. ideſt A. α :: B. β.

QUOD SIC ENUNCIATUR.

Si quatuor quantitates directè proportionales fuerint, etiam alternè proportionales erunt.

ALIA EJUSDEM REI DEMONSTRATIO.

Esto ut prius A. B :: α. β. transpositis mediis terminis erit adhuc A. α :: B β. Nam semper productum extremorum A $\beta \sqcap \alpha$ B producto mediorum.

Hæc demonstratio quamvis rectè concludat, tamen rei causam, sive cur res ita sit non declarat.

3°, Quia $\frac{qB \pm B}{B}$ (q $\pm$ 1, & $\frac{q\beta \pm \beta}{\beta}$ (q $\pm$ 1. Nam q $\pm$ 1 $\times \frac{B \sqcap qB \pm B.}{\beta \sqcap q\beta \pm \beta.}$ Ergo qB $\pm$ B. B :: q$\beta \pm \beta$. β. ideſt A $\pm$ B. B :: $\alpha \pm \beta$. β.

ALIA EJUSDEM REI DEMONSTRATIO.

Ex hypotheſi est A. B :: α. β. & alternè A. α :: B. β. ergo per primum & 2^{um}. inventum A $\pm$ B. $\alpha \pm \beta$ :: (A. α ::) B. β, & alternè A $\pm$ B. B :: $\alpha \pm \beta$. β.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [58] - 38
PUBLIC DOMAIN

QUOD SIC ENUNCIATUR.

Si quatuor quantitates proportionales fuerint, etiam directè componendo, vel dividendo proportionales erunt.

4°, Quia $\frac{qB \pm q\beta}{q\beta}$ ($\frac{B \pm \beta}{\beta}$, & $\frac{B \pm \beta}{\beta}$ ($\frac{B \pm \beta}{\beta}$. Nam $\frac{B \pm \beta}{\beta}$ $\times_{\beta} \sqcap B \pm \beta.$ $q\beta \sqcap qB \pm q\beta.$ Ergo $qB \pm q\beta. q\beta :: B \pm \beta. \beta.$ ideſt $A \pm \alpha. \alpha :: B \pm \beta. \beta.$

ALIA EJUSDEM REI DEMONSTRATIO.

Quia eſt A.B :: $\alpha. \beta.$ & alternè A.α:: B. β :: Ergo directè componendo, vel dividendo fit $A \pm \alpha. \alpha ::$ $B \pm \beta. \beta.$

QUOD SIC ENUNCIATUR.

Si quatuor quantitates directè proportionales fuerint, etiam alternè componendo, vel dividendo proportionales erunt.

5°, Quia probatum eſt $A + B. \alpha + \beta :: (B. \beta ::) A - B. \alpha - \beta.$ ergo alternè $A + B. A - B :: \alpha + \beta :: \alpha - \beta.$

Vel quia probatum eſt $A + \alpha. B + \beta :: (\alpha. \beta ::) A - \alpha. B - \beta.$ Ergo alternè $A + \alpha. A - \alpha :: B + \beta. B. - \beta.$

QUOD SIC ENUNCIATUR

Si quatuor quantitates proportionales fuerint, etiam directè, & alternè miſcendo proportionales erunt.

Itaque ſi quatuor quantitates proportionales fuerint, etiam inversè, alternè, compoſitim, diviſim, & mixtim proportionales erunt.

Hos ultimos argumentandi modos ſimul colligere operæ-pretium duxi., ut in ſequenti tabula cernitur.

Directè	A. B :: $\alpha. \beta.$
Inversè	B. A :: $\beta. \alpha.$
Alternè	A. α :: B. $\beta.$

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [59] - 39
PUBLIC DOMAIN

Componendo $\left\{\begin{array}{l} A \pm B.\ B :: \alpha \pm \beta.\ \beta. \text{ directè.} \\ \text{vel} \\ A \pm \alpha.\ \alpha. :: B \pm \beta.\ \beta \text{ alternè.} \end{array}\right.$
Dividendo

Miscendo $\left\{\begin{array}{l} A + B.\ A - B :: \alpha + \beta.\ \alpha - \beta \text{ directè.} \\ A + \alpha.\ A - \alpha :: B + \beta.\ B - \beta \text{ alternè} \end{array}\right.$

COROLLARIUM.

Esto $A.B :: \alpha.\ \beta.$ & sit $A \sqsubset B$, vel α, vel β.

Quoniam alternè $A.\alpha :: B.\beta$, & est $A \sqsubset \alpha$: ergo $B \sqsubset \beta$.

At ex probatis $A - B.\alpha - \beta :: B.\beta$. Ergo $A - B \sqsubset \alpha - \beta$. & utrimque additis $B + \beta$. fit $A + \beta \sqsubset \alpha + B$.

Vel si sit $A.B :: B.C.$ & sit $A \sqsubset B$ vel C. erit $A + C \sqsubset 2B$.

QUOD SIC ENUNCIATUR.

Si quatuor quantitates proportionales fuerint, maxima & minima reliquis duabus majores erunt. At si tres sint in continua proportione, ambæ extremæ majores erunt duplà mediâ.

Atque hi ferè sunt modi in terminis transpositionem, vel mutationem aliquam passis analogismum conservandi, quos omnes uno Canone complecti non abs re fuerit. Itaque.

CANON GENERALIS.

DE MODIS ANALOGISMUM CONSERVANDI.

Quando Analogismus per Analogismum multiplicatur, aut dividitur; vel quando ejus termini inversè, alternè, compositim, divisim, mixtimque sumuntur; seu cùm soli antecedentes, solive consequentes per idem, aut per æqualia; vel cùm antecedentes per unam quantitatem, consequentes verò per alteram multiplicantur, aut dividuntur; & adhuc cum proportionali augmento crescunt, aut cum proportionali contractione minuuntur; quin etiam cum similium radicum extractione mutationem aliquam patiuntur: Uno verbo cùm homologi termini similiter transformantur, semper inter Analogismi terminos (variatà tamen eorum ratione) proportionalitas custoditur.

Multa

Multa adhuc tam de Analogiſmo, quàm de Diſproportione, & præſertim de exceſſiva, & defectiva ratione dicenda ſuperſunt; ſed quæ hîc deſunt in alio opere tradentur: ea nunc libens omitto, cùm quilibet veſtigia noſtra ſequendo hanc proportionum materiam facilè promovere, & quantum libuerit extendere valeat.

CAPUT TERTIUM.

De præcipuis Symptomatibus, quæ à quantitatum multiplicationibus, atque diviſionibus proveniunt:

Sive,

De præcipuis Æquationes inſtituendi modis.

MONITUM.

CUM hîc plures quantitates, æquationis ope, invicem comparo, ſemper intellectum velim de quantitatibus homogeneis, vel eundem dimenſionum numerum habentibus, ne homogenei nomen ſæpiùs repetatur; Ideò verò generali quantitatis voce uſus ſum, ut indicarem hanc doctrinam maximè univerſalem eſſe, & indifferenter numeris, aut magnitudinibus accommodari poſſe: & quamvis ejus concluſionum veritas in quantitatibus ad quemlibet, modò ad eundem dimenſionum numerum aſcendentibus, oſtendi poſſit, verumtamen utiliſſimum erit hoc in loco quantitates ſimplices, ſive unicam dimenſionem habentes tantùm intelligere, quò ſimpliciora, & captu faciliora evadant neceſſaria hæc æquationum principia. His præmiſſis ſequitur

PRIMUS FONS INVENTIONIS.

Quoniam partes omnes ſimul ſumptæ toti ſuo coæquantur, & à communi multiplicatore, vel diviſore, ſecto, vel inſecto non mutatur æqualitas. Igitur

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [61] - 41
PUBLIC DOMAIN

PROPOSITIO FUNDAMENTALIS.

Summa productorum, à singulis alicujus quantitatis partibus, in communem quantitatem divisam, vel indivisam multiplicatis genitorum, æquatur facto totius in eandem quantitatem multiplicatæ.

Vel; *Productum ex duabus quantitatibus, se invicem multiplicantibus, æquatur aggregato productorum à singulis multiplicatæ partibus, in multiplicantem ductis.*

Hinc multæ prodeunt æquationes, quales sunt, quæ sequuntur.

PRIMA ÆQUATIO.

Posita æquatio multiplicanda	$Z \sqcap A + E.$
Communis multiplicator	$\times B$
Æquatio nova producta	$ZB \sqcap BA + BE.$

SECUNDA.

Posita æquatio multiplicanda	$Z \sqcap A + E.$
Communis multiplicator	$\times Z.$
Æquatio nova producta	$Z^2 \sqcap ZA + ZE.$

TERTIA: PRIMUS CASUS.

Posita æquatio multiplicanda	$Z \sqcap A + E.$
Communis multiplicator	$\times A.$
Æquatio nova prodiens	$ZA \sqcap + A^2 + AE.$

SECUNDUS CASUS.

Posita æquatio multiplicanda	$Z \sqcap A + E.$
Communis multiplicator	$\times E.$
Æquatio nova prodiens	$ZE \sqcap + AE + E^2.$

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [62] - 42
PUBLIC DOMAIN

QUARTA.

Posita æquatio multiplicanda $Z \sqcap A + E$.
Æquales multiplicatores $\times B \sqcap \times C + D$.
Æquatio nova prodiens $ZB\sqcap + CA + CE + DA + DE$.

QUINTA.

Posita æquatio multiplicanda $Z \sqcap A + E$.
Æquales multiplicatores $\times Z \sqcap \times A + E$.
Æquatio nova prodiens $Z^2\sqcap + A^2 + 2AE + E^2$.

QUOD ETIAM SIC DEMONSTRATUR.

Ex secunda æquatione $Z^2 \sqcap Z A + ZE$.
Atqui per tertiam $ZA \sqcap A^2 + AE$.
Et per eandem $ZE \sqcap E^2 + AE$.
Ergo surgit Æquatio $Z^2 \sqcap + A^2 + 2AE + E^2$.

HORUM OMNIUM DEMONSTRATIO.

In his omnibus æquationibus vel idem multiplicator æquales quantitates multiplicat, ut in tribus primis; vel certè æquales multiplicatores quantitates etiam æquales multiplicant, ut in duabus ultimis. Quare per primum inventionis fontem productæ ab his multiplicationibus quantitates inter se æquales sunt.

PRÆCEDENTIUM ÆQUATIONUM COLLECTIO.

Quoniam à communi, vel æquali multiplicatore, diviso, vel indiviso non mutatur æqualitas.

Ergo 1°,
Posito $Z \sqcap A + E$, & sumpto communi multiplicatore $\left\{\begin{matrix} B \\ Z \\ A \\ E \end{matrix}\right\}$ erit $\left\{\begin{matrix} ZB \sqcap BA + BE. \\ ZZ \sqcap ZA + ZE. \\ ZA \sqcap A^2 + AE. \\ ZE \sqcap AE + E^2. \end{matrix}\right.$

Ergo 2°,

Diviſo multiplicatore B in partes C + D,
ſeu poſito B Π C + D, &

$$\begin{array}{r} Z \Pi A + E \\ \times B \quad \times C + D. \end{array}$$

Producitur æquatio nova $ZB\Pi + CA + CE + DA + DE$.

Ergo 3°,

Sumpto æquali multiplicatore

$$\begin{array}{r} Z \Pi A + E \\ \times Z \quad \times A + E. \end{array}$$

Producitur æquatio nova $Z^2 \Pi A^2 + 2AE + E^2$.

SECUNDUS FONS INVENTIONIS.

Atque hæ ſunt ſimplices æquationes, quæ propoſitionis fundamentalis totidem expoſitiones ſunt, & quæ omnes à primo inventionis fonte originem ducunt, atque probationem.

Ab eis autem innumeræ aliæ per æqualium additiones, ſubductiones, multiplicationes, diviſiones, ſimilium radicum extractiones, necnon per diverſas ejuſdem rei interpretationes, ac æquipollentias deduci poſſunt, quæ omnes licet per dictas operationes inveniri queant, juvat tamen illas ex jam explicatis deducere, quò meliùs intelligantur, ac faciliùs memoriæ mandentur.

Sed priùs æquationes ſimplices verbis enunciare oportet. Itaque

Prima videlicet ZB Π B A + BE, ſic verbis concipitur.

PROPOSITIO I. *Indiviſa quantitas, aliam quantitatem, quotlibet in partes diviſam multiplicans, producit bimenſum æquale bimenſis omnibus, quæ ſub indiviſa quantitate, & ſingulis diviſæ partibus continentur.*

Nam in æquatione Z B Π B A + B E verbis expoſitâ, eſt B indiviſa quantitas, quæ multiplicans quantitatem Z, diviſam in A, & E producit ▭um ZB Π ▭is omnibus, quæ ſub indiviſa quantitate B, & ſingulis diviſæ Z partibus A, & E continentur, nempe B A + B E, ut eſt oſtenſum.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [64] - 44
PUBLIC DOMAIN

Est hæc propositio eadem cum 1ª Elementi 2di Euclidis, universaliter concepta.

Si verò ambæ quantitates propositæ secentur in quotcumque partes, & multiplicentur inter se, incidemus in quartam æquationem, nimirum Z B ⊓ + C A + C E + D A + D E, quæ sic verbis concipitur.

PROPOSITIO II.

Si duæ quantitates, quotlibet in partes divisæ, se invicem multiplicent, productum ab ipsis bimensum æquatur aggregato bimensorum omnium, sub singulis unius partibus, in singulas alterius partes ductis, contentorum.

Nam in æquatione Z B ⊓ + C A + C E + D A + D E verbis expositâ, multiplicata quantitas Z secatur in partes A + E, multiplicans verò B, in partes C + D, & fit ▭um Z B, sub dictis quantitatibus Z & B comprehensum æquale aggregato ▭orum omnium, sub singulis unius partibus A, & B, in singulas alterius partes C, & D ductis contentorum, ut est ostensum.

Quod si propositæ quantitates æquales inter se fuerint, incidemus in secundam æquationem, nimirum Z Z ⊓ Z A + Z E, quæ sic verbis concipitur.

PROPOSITIO III.

Si quælibet quantitas in quotvis partes dividatur, æquibimensum totius æquatur bimensis omnibus, quæ sub tota, & singulis ejus segmentis comprehenduntur.

Nam in æquatione Z Z ⊓ Z A + Z E verbis expositâ, quantitas Z secatur in partes A & E, cujus integræ □um, nempe Z Z æquatur bimensis omnibus, quæ sub tota Z, & singulis ejus segmentis A, & E comprehenduntur, nempe Z A + Z E, ut est ostensum.

Est hæc propositio eadem cum secunda Elementi secundi universaliter concepta.

Et si quantitas uultiplicans pars sit multiplicatæ, incidemus in tertiam æquationem, nimirum Z A ⊓ A² + A E, vel Z E ⊓ A E + E², quæ sic verbis concipitur.

PROPOSITIO IV.

Si quantitas secetur in quotcumque partes, bimensum sub tota, & una ejus parte contentum æquatur sumptæ partis æquibimenso, plus bimensis omnibus, quæ sub accepta parte, & reliquis ejus partibus continentur.

Nam in æquatione Z A ⊓ A² + A E, vel Z E ⊓ A E + E²

verbis expositâ, quantitas Z secta in partes A & E, & multiplicata per unum è suis segmentis; puta A, producit bimensum Z A æquale sumptæ partis A æquibimenso A A plus ▭is omnibus, quæ sub accepta parte A, & reliquis ejus partibus E continentur, hoc est A E, ut est ostensum.

Est hæc propositio eadem cum 3ª Elementi secundi, universaliter concepta.

5ª, Æquatio, nempe $Z^2 \Pi A^2 + 2AE + E^2$, sic verbis concipitur.

PROPOSITIO V.

Æquibimensum quantitatis utcumque bisectæ æquatur duobus partium æquibimensis, plus duplice bimenso sub partibus.

Vel paulò aliter. *Binomii cujuscumque æquibimensum æquatur duobus nominum æquibimensis, plus duplice bimenso sub nominibus.*

Nam in æquatione $Z^2 \Pi A^2 + 2AE + E^2$ verbis exposita, Z est quantitas utcumque bisecta in A & E, cujus □um nempe ZZ æquatur duobus partium A & B □is nimirum $A^2 + E^2$, plus duplice ▭o sub nominibus, hoc est 2 A E, ut est ostensum.

Est hæc propositio eadem cum quarta Elementi 2di, universaliter concepta.

SCHOLIUM.

Hinc quidem modus habetur dati cujusvis multinomii æquibimensum inveniendi, & ab ipso radicem subæquibimensam extrahendi; verùm quia methodus universalis tradi potest datum quodlibet multinomium ad quemcumque gradum attollendi, & ab ipso radicem quamlibet educendi; idcircò alibi commodiùs hac de re agetur.

Æquationum autem derivatarum series ferè talis est.

ÆQUATIO Iª DERIVATA.

I. CASUS.

Æquatio augenda	$Z^2 \Pi + A^2 + 2AE + E^2$
Augmentum commune	$+ A^2$

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [66] - 46
PUBLIC DOMAIN

Æquatio aucta $\begin{cases} Z^2 + A^2\Pi + E^2 (+2A^2 + 2AE\Pi) \\ +2ZA \text{ per } 3^{am}. \end{cases}$

Surgens æquatio nova $Z^2 + A^2\Pi 2ZA + E^2$

II. CASUS.

Æquatio augenda $Z^2\Pi + A^2 + 2AE + E^2$

Augmentum commune $+ E^2$

Æquatio aucta $\begin{cases} Z^2 + E^2\Pi + A^2 (+2AE + 2E^2\Pi) \\ +2ZE \text{ per } 3^{am}. \end{cases}$

Surgens æquatio nova $Z^2 + E^2\Pi + 2ZE + A^2$.

Hujus ÆQUATIONIS ORIGO.

Hæc æquatio ab æquatione $Z^2\Pi + A^2 + 2AE + E^2$ manifestam ducit originem, per additionem quantitatis A^2 ad utramque æquationis partem, ac transmutationem $2AE + 2A^2$: vel $2AE + 2E^2$ in æquipollentes summas $2ZA$, vel $2ZE$, ut indicat operatio, & sic verbis concipitur.

PROPOSITIO VI.

Si quantitas utcumque bisecta multiplicetur in alterutrum suum segmentum, duplum bimensi ab hac multiplicatione producti, plus alterius segmenti æquibimenso, æquatur integræ quantitatis æquibimenso, plus æquibimenso segmenti multiplicantis.

Nam patet ex operatione quantitatem Z utcumque bisectam in A, & E, & per alterutrum suum segmentum A, vel E multiplicatam producere bimensum ZA, vel ZE, quod bis sumptum, unà cum reliqui segmenti æquibimenso A^2, vel E^2, æquatur totius æquibimenso Z^2, plus æquibimenso segmenti multiplicantis A^2. vel E^2.

Est hæc propositio eadem cum 7ª, Elementi 2di universaliter concepta.

QUÆ ETIAM SIC DEMONSTRARI POTEST.

Æquatio multiplicanda $ZA\Pi A^2 + AE$

Communis multiplicator $\times 2$

Æquatio multiplicata $2ZA\Pi 2A^2 + 2AE$
Augmentum commune $+ E^2$

Æq.aucta $2ZA + E^2\Pi + A^2(+A^2 + 2AE + E^2\Pi) + Z^2$

Surgens æquatio nova $2ZA + E^2\Pi + Z^2 + A^2$

Eadem argumentatione concludetur $Z^2 + E^2\Pi + 2ZE + A^2$, si pro æquatione multiplicanda ponatur $ZE\Pi AE + E^2$, ut manifestum est

COROLLARIUM I.

Quoniam in æquatione præcedenti suppositum est $Z\Pi A + E$, ergo E differentia est inter Z & A, & Z + A inæquibisecta quantitas, cujus segmentorum æquibimensa, nimirum $Z^2 + A^2$ ostensa sunt æqualia duplici bimenso sub segmentis, nempe $2ZA$, plus E^2, hoc est plus æquibimenso differentiæ inter segmenta. Quare

PROPOSITIO VII. *Si quantitas inæquibisecetur, æquibimensa segmentorum æquantur duplici bimenso sub segmentis, plus æquibimenso differentiæ inter segmenta.*

APPENDIX.

Itaque æquibimensa segmentorum inæqualium alicujus quantitatis majora sunt duplice bimenso sub ipsius segmentis.

Æquantur enim huic duplici ▭° sub segmentis, unà cum □° differentiæ inter segmenta, ut est ostensum.

COROLLARIUM. II.

Quia verò cujuslibet binomii æquibimensum æquatur duobus nominum æquibimensis, plus duplice bimenso sub nominibus; & per præcedens corollarium duo nominum æquibimensa æqualia sunt duplici bimenso sub nominibus, plus æquibimenso differentiæ inter nomina. Igitur

PROPOSITIO VIII. *Cujuslibet binomij æquibimensum æquatur quadruplici bimenso sub nominibus, plus æquibimenso differentiæ inter nomina.*

QUOD

QUOD SIC PER NOTAS DEMONSTRATUR.

Vel,

$\square\overline{Z+A}\mid \sqcap Z^2+A^2+2ZA$	$\square\overline{Z+E}\mid \sqcap Z^2+E^2+2ZE$
Atqui $Z^2+A^2 \sqcap 2ZA+E^2$	Atqui $Z^2+E^2 \sqcap 2ZE+A^2$
Ergo $\square\overline{Z+A}\mid \sqcap 4ZA+E^2$	Ergo $\square\overline{Z+E}\mid \sqcap 4ZE+A^2$

Deinde quia hîc quantitas Z utcumque biſecta in A & E ducitur in alterutrum è ſuis ſegmentis, puta A, & quadruplum $\sqcap^i$ ab hac multiplicatione producti, $+\square^o$ alterius ſegmenti, nimirum $4ZA+E^2$ æquatur $\square^o$ integræ quantitatis propoſitæ, ſegmento multiplicante adauctæ, nempe $\square\overline{Z+A}\mid$. Ideò eadem æquatio ſic verbis etiam concipitur.

Si biſecta quomodocumque quantitas, in alterutrum è ſuis ſegmentis multiplicetur, quadruplum bimenſi ab hac multiplicatione producti, plus æquibimenſo alterius ſegmenti æquatur æquibimenſo integræ quantitatis propoſitæ, ſegmento multiplicante adauctæ. PROPOSITIO IX.

Eſt hæc propoſitio eadem cum 8ª Elementi 2di Euclidis univerſaliter concepta.

Ampliùs quia in hac hyp. $Z \sqcap A+E$, igitur $Z+A \sqcap +2A+E$, $\square^{um}$ autem biſectæ Z, ſegmento ſuo A adauctæ, hoc eſt $\square\overline{Z+A}\mid$ æquatur quadruplo bimenſi ſub biſecta Z, & augente ſegmento A comprehenſi, hoc eſt $4ZA$, plus $\square^o$ alterius ſegmenti, videlicet $+E^2$. Igitur eadem propoſitio ſic etiam interpretari poteſt.

Si quantitas utcumque biſecta alterutro ſuorum ſegmentorum augeatur, æquibimenſum totius auctæ æquatur quadruplo bimenſi ſub biſecta, & ſub augente ſegmento comprehenſi, plus æquibimenſo alterius ſegmenti.

Ampliùs quoniam ex hypotheſi $Z \sqcap +A+E$, erit $Z+A \sqcap +A+A+E$, $\square^{um}$ autem æquibiſectæ $A+A$, externa quantitate E adauctæ, hoc eſt $\square\overline{Z+A}\mid$ æquatur quadruplo bimenſi ſub æquibiſegmento aucto $A+E$, ſive Z, & ſub æquibiſegmento A comprehenſi, nimirum $4ZA$, plus externæ quantitatis $\square^o$, ſive $+E^2$. Itaque eadem propoſitio ſic etiam interpretari poteſt.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [69] - 49
PUBLIC DOMAIN

Si æquibiſecta quantitas externà quantitate augeatur, æquibimenſum totius auctæ æquatur quadruplo bimenſi ſub biſecta, & augente ſegmento comprehenſi, plus æquibimenſo externæ quantitatis.

Et ſic una eademque propoſitio multas admittit interpretationes.

COROLLARIUM III.

Quia verò æquibimenſum à dimidio alicujus quantitatis æquatur quartæ parti æquibimenſi quod à tota fit; (nam verbi gratiâ, $\frac{Z}{2} \times \frac{Z}{2} \Pi \frac{ZZ}{4}$) & oſtenſum eſt in præcedenti corollario, inæquibiſectæ quantitatis æquibimenſum æquari quadruplici bimenſo ſub ſegmentis, plus □° differentiæ ſegmentorum. Igitur

PROPOSITIO X. *Æquibimenſum à dimidio alicujus quantitatis inæquibiſectæ æquatur bimenſo ſub ſegmentis, plus quarta parte æquibimenſi à differentia ſegmentorum, ſive quod idem eſt plus æquibimenſo à ſemidifferentia ſegmentorum.*

Ut ſi Z +A ſit inæquibiſecta quantitas, cujus ſegmentorum Z & A differentia ſit E, fiet $\square \overline{\frac{1}{2}Z + \frac{1}{2}A} \Pi ZA + \frac{1}{4}E^2$ ut eſt oſtenſum. Quod etiam ſic paulò aliter interpretari poteſt.

Si quantitas aliqua æquibiſecetur, & inæquibiſecetur, æquibimenſum dimidiæ æquabitur bimenſo ſub ſegmentis inæqualibus comprehenſo, plus æquibimenſo interſegmenti vel ſemidifferentiæ ſegmentorum inæqualium, ut probatum eſt.

Eſt hæc propoſitio eadem cum 5ª. Elementi 2di univerſaliter concepta.

CONSECTARIUM I.

Ex probatis manifeſtum fit bimenſorum ſub biſectæ quantitatis partibus comprehenſorum maximum eſſe, quod ſub ejus medietatibus continetur.

Nam bimenſa ſub ſegmentis inæqualibus contenta ſemper aſſumunt interſegmenti, ſive ſemidifferentiæ æquibimenſum, ut dimidiæ ejuſdem quantitatis æquibimenſo coæquari valeant, ut vidimus.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [70] - 50
PUBLIC DOMAIN

CONSECTARIUM II.

Æquatio multiplicanda $\square \overline{\frac{1}{2}Z + \frac{1}{2}A} \mid \Pi\, ZA + \frac{1}{4}E^2$

Communis multiplicator $\times\, 2$

Æqu. multiplicata $2\square \overline{\frac{1}{2}Z + \frac{1}{2}A} \mid \Pi\, 2ZA + \frac{1}{2}E^2$.

Augmentum commune $+ \frac{1}{2}E^2$

Æqu. aucta $2\square \overline{\frac{1}{2}Z + \frac{1}{2}A} \mid + \frac{1}{2}E^2\, \Pi + 2ZA + E^2$

Atqui $2ZA + E^2\, \Pi\, Z^2 + A^2$

Ergo surgens æquatio $\begin{cases} 2\square \overline{\frac{1}{2}Z + \frac{1}{2}A} \mid + \frac{1}{2}E^2 \\ \Pi + Z^2 + A^2 \end{cases}$

QUOD SIC ENUNCIATUR.

PROPOSITIO XI.

Si quantitas aliqua æquibisecetur, & inæquibisecetur, æquibimensa segmentorum inæqualium simul sumpta duplicia sunt æquibimensi à dimidia, & æquibimensi ab intersegmento sive à semidifferentia segmentorum inæqualium.

Nam quantitas $Z + A$ æquibisecatur in $\frac{1}{2}Z + \frac{1}{2}A$, ac inæquibisecatur in partes Z & A, & fiunt æquibimensa segmentorum inæqualium Z & A, nempe $Z^2 + A^2$ simul sumpta duplicia $\square^i$ à dimidia, nempe $\square \overline{\frac{1}{2}Z + \frac{1}{2}A} \mid$ & $\square^i$ à semidifferentia segmentorum inæqualium, hoc est $\frac{1}{4}E^2$, ut probatum est.

Est hæc æquatio eadem cum 9ª Elementi 2di, universaliter concepta

ÆQUATIO II. DERIVATA.

Æquatio interpretanda	$\left\{\begin{array}{l}\square\ \overline{A+E}\,\vert\,\Pi+A^2\\ +2AE+E^2\end{array}\right.$
Interpretatio per multiplicationis opus	$\left\{\begin{array}{l}2AE+E^2\ \Pi\ 2A+E\times E\end{array}\right.$
Surgens æquatio nova	$\left\{\begin{array}{l}\square\ \overline{A+E}\,\vert\,\Pi+A^2\\ +\square\ \overline{2A+E\times E}\end{array}\right.$

ET SIC VERBIS CONCIPITUR.

PROPOSITIO XII. *Si æquibisecta quantitas augeatur, æquibimensum dimidiæ, plus bimenso sub tota aucta, & sub augmento æquatur æquibimenso dimidiæ auctæ.*

Nam ad æquibisectam $A+A$ addatur augmentum $+E$, ut fiat trisecta $A+A+E$, erit $\square$ sub tota aucta $A+A+E$, & sub augmento E comprehensum, nimirum $\square\ 2A+E\times E$ plus $\square^o$ mediæ, hoc est $+A^2\ \Pi\ \square^o$ æquibisegmenti aucti, nempe $\square\ \overline{A+E}\,\vert$, ut est ostensum.

Est hæc propositio eadem cum 6ª Elementi 2di universaliter concepta, quæ etiam sic interpretari potest.

Si bisecta quomodocumque quantitas alterutrius è suis segmentis dimidio multetur, æquibimensum residui æquabitur ablatæ partis æquibimenso, plus bimenso sub integra bisecta, & sub ejus indivisa parte comprehenso.

Nam bisecta $2A+E$ multetur dimidio segmenti $2A$, itaut reliquum sit $A+E$, hujus residui æquibimensum, nempe $\square\ \overline{A+E}\,\vert$, æquatur bimenso sub integra quantitate $2A+E$, & sub ejus indivisa parte E comprehenso, nimirum $\square\ \overline{2A+E\times E}$, plus æquibimenso ablatæ partis, videlicet $+A^2$, ut est ostensum, hæc eadem propositio sic etiam interpretari potest.

Si sint duæ inæquales quantitates (A, & $A+E$) $\square^{um}$ *minoris* A^2, $+\square^o$ *sub ambarum summa, & differentiæ* ($+2A+E\times E$) *æquatur* $\square^o$ *majoris,* (*nempe* $\square\ \overline{A+E}$.)

ÆQUATIO III. DERIVATA.

I. CASUS.

Ex quinta æquatione $\square\overline{Z+A}|\Pi+Z^2+A^2+{}^2ZA$
Addatur utrimque $+E^2$

Summa erit $\begin{cases}\square\overline{Z+A}+E^2\Pi+Z^2+A^2\\ (+2ZA+E^2\Pi)+Z^2+A^2\end{cases}$

Ergo surgit æquatio $\square\overline{Z+A}+E^2\Pi\,2Z^2+2A^2$

II. CASUS.

Ex quinta æquatione $\square\overline{Z+E}|\Pi Z^2+E^2+2ZE$
Addatur utrimque $+A^2$.

Summa erit $\begin{cases}\square\overline{Z+E}+A^2\Pi+Z^2+E^2\\ (+2ZE+A^2\Pi)+Z^2+E^2\end{cases}$

Ergo surgit æquatio $\square\overline{Z+E}+A^2\Pi+2Z^2+2E^2$

QUOD SIC ENUNCIATUR.

Si æquibisecta quantitas augeatur, æquibimensum totius auctæ, plus æquibimenso augmenti, duplum est æquibimensi dimidiæ auctæ, & æquibimensi dimidiæ.

Nam $A+A$ est æquibisecta quantitas, quæ augetur quantitate E, ita ut tota aucta fiat $(A+A+E\Pi)Z+A$, & cujus $\square^{um}$, nempe $\square\overline{Z+A}|+\square^{o}$ augmenti E, nimirum $+E^2$, æquatur duplo $\square^{i}$ à dimidia A, hoc est $+2A^2$, & duplo $\square^{i}$ à dimidia aucta, quod est $2Z^2$, ut est ostensum.

Est hæc propositio decima 2^{di} Elementi, universaliter concepta.

SCHOLIUM.

Quemadmodum ex quantitatum divisionibus, mutuisque inter se multiplicationibus primæ, & facillimæ æquationes ducerent originem satis superque dictum est. Nam si omnia, quæ ad hanc materiam spectant, vel sola corollaria, quæ hinc deduci possunt, hunc in locum conge-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [73] - 53
PUBLIC DOMAIN

rere vellem, opere in immensum pravè crescente, admodum præposterâ methodo uterer; multa enim tam ex arithmetica quàm geometria, de quibus nondum egimus, mutuanda sæpiùs forent ad plurimas res, quæ ex jam dictis pendent, concludendas. Quamobrem, ut hoc vitium fugiamus, generalia generaliter tractabimus, contenti hoc in loco æquationum fundamenta jecisse, quibus positis facilè erit posteà in quocumque quantitatis genere versantes ostensarum æquationum argumentationibus uti, similesque multas ad harum instar efformare.

Jam verò ut generalis hæc doctrina in particularibus usum habere possit, sive ut generalis hujus doctrinæ usus numeris, & magnitudinibus accomodari queat, numerorum figurarumque proprietates cousiderando, quam una quæque multiplicationem, vel divisionem ferat, investigabimus; & concepta per traditas æquationes de numeris aut magnitudinibus theoremata vel problemata, prout rei de qua agetur natura, conditioque postulabit, enunciabimus.

Verbi gratiâ, si parium & imparium numerorum naturam considerantes sumamus quodcumque numericum æquibimensum, cujus radicem augeamus minimo augmento, sive ipsâ unitate, fiet binomium quoddam, cujus æquibimensum constabit duobus partium æquibimensis, plus duplice bimenso sub partibus, sicut conclusum est propositione 5ª. sed una ejus pars est unitas; Igitur dicti binomij $\square^{um}$ constat assumpto $\square^{o}$, plus ipsius unitatis $\square^{o}$, plus duplice $\square^{o}$ sub unitate, & altera ejus parte, nimirum assumpti $\square^{i}$ radice, hoc est plus duplo radicis assumpti $\square^{i}$, quoniam unitas non multiplicat. Duplum autem radicis numericæ, sive duplum numeri alicujus numerum parem constituit, cui addita unitate, sive $\square^{o}$ unitatis impar efficitur; Addito igitur ad quodlibet numericum $\square^{um}$ impari numero, constante ex duplo ipsius radicis, & unitate, $\square^{um}$ numericum proximè sequens generatur, quoniam assumpti $\square^{i}$ radix minimo augmento, sive ipsa unitate crevit.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [74] - 54
PUBLIC DOMAIN

Jam si primum □um numericum, hoc est unitas, accipiatur, eique apponatur primus post unitatem impar numerus, nimirum 3, constans ex duplo radicis □i unitatis, sive binario, plus unitate, formatur □um numericum proximè sequens, videlicet 4, cujus radix 2 est unitate major radice primi □ti numerici, nempe 1, & eo deinceps progressu. Itaque

Æquibimensa numerica continua imparium additione generantur, & quodlibet eorum tot imparibus numeris constat, quot unitatibus radix ipsius componitur.

Nam 1um □um numericum, nempe unitas, cujus radix est etiam 1, constat unico impari, 2um □um numericum, cujus radix est binarius, duobus imparibus numeris constat, qui sunt 1 + 3, & sic reliqua □a numerica per continuam imparium additionem successive generantur.

Ex hac □orum numericorum proprietate colligitur modus inveniendi □um numericum, cum quo datus quivis impar numerus □um numericum efficiat.

REGULA I.

Ex dato impari numero aufferatur 1, □um *ex reliqui dimidio in se multiplicato, adjunctum dato impari* □um *efficiet.*

Ut manifestum fit ex descripta □orum numericorum generatione.

Vicissim reperiemus □um numericum, à quo datus quivis impar numerus subtractus relinquat □um numericum.


REGULA II.

Ex dato impari numero demantur 1, *& reliqui numeri dimidio adjiciatur* 1, *fiet radix* □ti *quæsiti, à quo nempe datus impar numerus ablatus relinquet* □um.

Ut manifestum fit ex descripta □orum numericorum generatione.

Sic plura corollaria Arithmetica à positis principiis deduci possent, si in cæteras numerorum proprietates inquirere vellemus.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [75] - 55
PUBLIC DOMAIN



Si verò geometrica contemplantes ſumamus, verbi gratiâ $\triangle^{um}$ quodvis B C Z, vel B C A, & ab uno ex ejus $\angle^{is}$ demittatur $\perp^{um}$ P.

Quoniam 1° cadente intra $\triangle^{um}$ $\perp^{o}$ P in 1ª figura recta Z biſecatur in partes A & E, fiet $Z^2 + A^2 \Pi 2 Z A + E^2$, ut concluſum eſt propoſitione 6ª, & utrimque addito $+ P^2$ habebitur.

$+Z^2 (+ A^2 + P^2 \Pi) + B^2 \Pi 2 Z A (+E^2 + P^2 \Pi) + C^2$; unde nova ſurgit æquatio $+ Z^2 + B^2 \Pi + 2 Z A + C^2$.

2° Cadente extra $\triangle^{um}$ $\perp^{o}$ P, ut in 2ª figura, quoniam recta Z, biſecatur in partes A, & E fiet per 5ªm. propoſitionem $Z^2 \Pi + A^2 + 2 A E + E^2$, & utrimque addito $+ P^2$ oritur $(Z^2 + P^2 \Pi) + B^2 \Pi + A^2 + 2 A E (+E^2 + P^2 \Pi) + C^2$, unde nova ſurgit æquatio $+ B^2 \Pi + C^2 + A^2 + 2 A E$.

QUOD SIC ENUNCIATUR.


IN 1° CASU.

In $\triangle^{lis}$ acutiangulis $\square^{a}$ laterum $\angle^{um}$ acutum continentium æquantur $\square^{o}$ lateris $\angle^{um}$ acutum ſubtendentis, plus duplice $\square^{o}$ ſub uno laterum, circa $\angle^{um}$ acutum exiſtentium, quod à $\perp^{o}$ biſecatur, & ſub ſegmento prope $\angle^{um}$ acutum adjacente.

IN 2° CASU.

In obtuſiangulis $\triangle^{lis}$ $\square^{um}$ lateris $\angle^{um}$ obtuſum ſubtendentis æquatur ſummæ $\square^{orum}$ à lateribus $\angle^{um}$ obtuſum continentibus, plus duplice $\square^{o}$ ſub uno laterum circa $\angle^{um}$ obtuſum exiſtentium, in quod nempe cadit $\perp^{um}$, & ſub ejuſdem lateris continuati ſegmento, inter obtuſum $\angle^{um}$ & $\perp^{um}$ intercepto.

Aut



Aut ſi ad circuli naturam attendentes, qui ſit, verbi gratiâ OZP, à quovis ejus circumferentiæ puncto P demittamus ⊥um PE, & ducamus OP.

Quoniam recta Z + A inæquibiſecatur in puncto E, & æquibiſecatur in puncto O propter circulum; Ideò, ut ſuprà concluſum eſt, (□um radii BOΠ) □° radii OPΠ ▭° Z×A (+ □° interſegmenti OEΠ) $\frac{1}{4}$ E² Π $\frac{1}{4}$E² + □° ⊥li PE, & ablato utrimque $\frac{1}{4}$ E² relinquitur ▭ Z×A Π □° ⊥li PE.

QUOD SIC ENUNCIATUR.

In quovis circulo quadratum perpendiculi ab aliquo ejus circumferentiæ puncto in diametrum demiſſi æquatur rectangulo ſub ſegmentis diametri, à dicto ⊥° *factis.*

Vel quod idem eſt; *In quovis circulo perpendiculum ab aliquo ejus peripheriæ puncto in diametrum demiſſum medium eſt proportionale inter diametri ſegmenta à dicto* ⊥° *facta.*

Hoc autem in circulo accidit ob inſitam, & peculiarem ejus proprietatem, quâ rectæ lineæ à centro ad circumferentiam ductæ inter ſe æquales ſunt; nam ideò recta demiſſum perpendiculum & interſegmentum connectens radius fit, ſive ſemidiameter circuli. Quapropter □um ſemidiametri, minus □° interſegmenti ſemper æquabitur □° dimiſſi ⊥li, ſive ▭° ſub inæqualibus diametri ſegmentis comprehenſo, ut patet ex probatis.

Hinc facile eſt quadratum exhibere, dato rectangulo æquale.

REGULA.

Deſcripto ſuper ſummam laterum datum ▭um continentium ſemicirculo, à puncto conjunctionis laterum ad ambitum deſcripti ſemicirculi excitetur ⊥um, & erit hujus ⊥li □um æquale dato ▭°, ut manifeſtum fit ex probatis.

Alia multa his similia, si temerè exspatiari fas esset, afferre possem, quorum probationes à tradita hoc in capite doctrina præcipuè dependent, sed quia etiam prænoscendis quibusdam geometricis rebus innituntur, quas hactenus demonstrasse minimè conveniens fuit, ideò talibus in propria loca rejectis pergam ad reliqua. Interim abundè nunc satisfactum reor maximè necessariis æquationum principiis.

CAPUT QUARTUM.

De Geometricis Definitionibus.

DEFINITIO I.

Punctum est id quod in magnitudine indivisibile existit: vel potiùs, *Est magnitudinis principium, atque terminus.*

DE NATURA PUNCTI.

OBJECTUM quod in quantitate continua minimum apprehendit intellectus, illud punctum est, omni magnitudine carens. Nam cùm magnitudini in primis competat ut sit divisibilis, puncti verò natura talis sit ut divisionem non admittat, manifestum est punctum nullam ea de causa magnitudinem obtinere.

Sed quamvis punctum magnitudine careat ab ipso tamen fluit omnis magnitudo, nam à puncto linea exoritur, ex illa superficies emergit, ab hac tandem corpus generatur; Unde continui procreatio velut aliqua puncti se se expandentis, explicantisque diffusio concipi potest: Atque sic punctum quasi semen est, quod omnes omnium quæ ab illo proficiscuntur magnitudinum species virtute complectitur. Quoniam verò nulla datur magnitudo, quæ in infinitum augeri non possit, ideò puncti potentiam infinitam esse necessariò relinquitur.

Præterea punctum continuitatis est causa in magnitudine, firmissimum enim vinculum est quo partes hujusce quantitatis quàm arctissimè inter se cohærentes uniuntur: Et quia partes illæ, quantæcumque sint, infinitas sectio-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [78] - 58
PUBLIC DOMAIN

nes recipiunt, ut ex earum generatione apparet, infinitam iterum puncti virtutem inde concludere fas est.

Cur autem infinitæ divisibilitatis causa, ut antè continuitatis, puncto tribuatur, ratio est in promptu; nam quod secatur divisibile tantùm est in illis terminis, atque vinculis quibus ipsum continetur, copulaturque; sed punctum quantitatis continuæ vinculum est, ac infinita in quovis quanto (ut ex magnitudinis productione clarè colligitur) reperiuntur puncta; punctum igitur infinitæ divisibilitatis causa est.

Punctum in aliquibus quadrat cum unitate, in aliquibus discrepat; nam ut illa est principium omnis numeri, ita punctum est principium omnis magnitudinis; sed in hoc discrimen est quod unitas est pars numeri, punctum verò quamvis initium sit finisque lineæ, non tamen est pars lineæ. Differunt etiam in eo quod unitas nullam positionem aut situm postulet, punctum verò positionem atque situm habeat in magnitudine.

Punctum est quoque simile instanti in tempore, est enim concipiendum illud ut individuum.

DE USU PUNCTI.

Principiorum omnium cognitio adeò necessaria, utilisque est in earum rerum tractatione quarum principia sunt, ut iis ignoratis, vel perperam intellectis nulla queat esse reliquorum scientia. Punctum verò fœcundissimum illud magnitudinis principium tanti momenti est in rebus mathematicis, ut in illarum universa conquisitione nihil aliud ferè spectetur quàm punctum: Circuli centrum quod punctum est omnium primum quæritur; magnitudines, cujuscumque generis illæ sint, in punctis angularibus colliguntur; Eorumdem motu infinitæ varietatis lineæ generantur, quæ posteà punctis terminantur, secantur, atque dividuntur, ut punctum quod in continui generatione omnia efficit, etiam in operationibus quæ circa continuum fiunt instar omnium sit, totiusque geometricæ speculationis imaginem repræsen-

tet. Quiſquis igitur in omnibus punctum aſſequi poterit, is à ſcopo nuſquam aberrabit.

DEFINITIO II.

Linea eſt magnitudo ſolius longitudinis particeps.


DE NATURA LINEÆ.

PRIMA magnitudinum ſpecies hîc definitur, quæ linea vocatur; hæc uno tantùm modo diviſibilis eſt, nimirum ſecundum longitudinem. Nam quia magnitudo per extenſionem ſuam diviſibilis eſt, ut patet, tot modis illa dividi poterit, quot erunt in ea varii extenſionum modi; linea autem unico tantùm modo extenditur, nimirum in longitudinem; ergo ſecundum ſolam longitudinem diviſibilis erit.

Produci verò concipitur motu puncti; nam ſi punctum moveretur, ac relinqueret ſui veſtigium illud eſſet longum propter motum, non tamen latum; quia punctum, à quo procedit, omnis expers eſt extenſionis. Non igitur ſicut ex accumulatis unitatibus fit numerus, ita quoque ex additis punctis fit linea, ſed ex ipſorum fluxu continuo, atque in hoc differt continuum à diſcreto, quod continuum infinitè dividatur, neque ad punctum unquam deveniatur, ut in diſcretis ad unitatem.

Porrò puncti motus, à quo lineam generari diximus, vel ſimplex eſt, vel compoſitus. Simplicem motum voco qui per unicam ſimplicemque rei motionem peragitur, vel peragi poteſt, ut quando punctum aliquod, vel una linea altero extremorum fixo movetur in rectæ, circulariſve procreatione, ibi motus eſt ſimplex, quia per unam eamque ſimplicem rei lationem fit. Et quamvis concipere poſſimus diagonalem ex duobus laterum ſuorum permixtis motibus ortam eſſe, quia tamen alio modo, hoc eſt ſimplici puncti motione diagonalis illa deſcribi poteſt, motus per quem generabitur non dicetur mixtus ſed tantùm ſimplex.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [80] - 60
PUBLIC DOMAIN



Ut ſi linea AB paralleliſmum ubique ſervans cum linea CD, ad ipſam æquabili motu feratur per rectam AC, & eodem tempore, atque etiam æquabili motu punctum A feratur verſus punctum B, diagonalis AD, quam punctum A deſcribet, pendebit quidem à duobus motibus, videlicet à motu puncti A, ſive lineæ AC, verſus lineam BD, & à motu rectæ AB in rectam CD. Verùm quia illi duo motus uniformes ſunt, nimirum recti, latio puncti A ad punctum D, quæ etiam rectà fit, ſimplex dicetur; neque enim in hac diagonalis generatione motus alius advertitur quàm rectus, quem in plures dividi imaginamur, ſive qui plurium inſtar conſideratur. Aliquando tamen in ſimplicis lineæ generatione duos motus inter ſe diverſos numeramus, ut in recta linea à rotis curruum deſcripta, quæ à motu circulari circa rotarum axem, & à motu recto ſecundum longitudinem viæ per quam rotæ feruntur, dependet. Verùm quia illi vel ſimiles motus compoſiti ad linearum naturâ ſuâ ſimplicum generationem neceſſarii non ſunt, cùm ad hoc ſufficiat aliqua ſimplex motio, hujuſmodi lineæ ſimplici tantùm motu generari dicentur.

Plurimi autem alii motus reperiuntur quos ſic ad ſimplicem formam reducere eſt impoſſibile, verbi gratiâ, motus quo linea ſpiralis deſcribitur ita compoſitus eſt ex recto atque circulari, ut neuter ſolus ad hanc lineam generandam ſufficiat: ſic motus quo quadratrix deſcribitur ex recti circulariſque motus permixtione exſurgit. Tales itaque lineæ ex pluribus, iiſque ad earum generationem neceſſariis motibus ortæ, compoſitæ ſunt.

DE USU LINEÆ.

Linearum uſus tantus eſt ut per ipſas omnia geometriæ problemata analyſeos ſtudio ſolvi poſſint, cognitis enim aliquibus in figura lineis ipſa ſtatim nota evadit, cujus rei ratio eſt quod linea ſuperficiei ſit terminus, & ab ipſius

motu ſuperficies integra naſcatur, ut mox videbimus; Et verò quid linea ſimplicius, quid quod animo repræſentari facilius ſit invenias.

DEFINITIO III.

Extrema ſive fines lineæ ſunt puncta.

EXPLICATIO.

QUIA linea eſt quidam puncti fluxus, ac velut continuatio, ſi concipiatur punctum moveri, neceſſe eſt ubi motus incipit, ibi lineam ortum habere; ubi verò quieſcit ibi lineam deſinere: unde linea punctis terminari jure optimo dicitur.

ANNOTATIO.

Omnis linea, ſicut omnis magnitudo finita eſt actu, nec ulla magnitudo conſideratur à Mathematicis niſi quatenus eſt terminata, nihil enim quod infinitum eſt vel ſcientiâ colligi, vel mente comprehendi poteſt. Unde cùm linea infinita vocatur intelligitur indeterminata, & quouſque libuerit producibilis.

DEFINITIO IV.

Recta linea eſt quæ per indeflexum à punctis extremis tranſitum ducitur; vel *quæ æqualiter intra puncta ſua diſtenditur.* Sive etiam *quæ tota in punctorum intervallo continetur, necnon cujus intermedia puncta extremis obſiſtunt.*


EXPLICATIO.

LINEA per indeflexum à punctis extremis tramitem duci, ſive æqualiter intra puncta ſua diſtendi, necnon in punctorum intervallo tota contineri tunc dicetur quando talem inter illa ſitum obtinebit, ut nulla ſui parte huc vel illuc vergendo ab ipſorum altitudine recedat, hoc eſt ut nulla ejus pars punctis extremis altior aut depreſſior evadat, ſed omnes ejus partes unam cum ipſis altitudinem obtineant.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [82] - 62
PUBLIC DOMAIN

DE NATURA LINEÆ RECTÆ.

Linea vel indeflexè, ſive ex æquo punctis ſuis interjicitur, vel deflexè ſive ex inæquali.



Unde duæ naſcuntur linearum ſpecies, recta videlicet ut linea A B, quæ ex æquo. Flexa ſive curva ut C D, quæ ex inæquali, intra puncta ſua diſtenditur.

Sed linearum differentia meliùs innoteſcet, ſi ad ipſarum generationem attenderimus. Cùm enim fluxu puncti fieri concipiatur linea, ſi punctum illud æquali, & inflexibili motu ad aliud punctum fluat, generabitur recta, ſi uniformi, & æquali etiam motu, ſive æquidiſtanter circa unum tantùm feratur, orietur circularis; ſi motu inæquali vel compoſito vagetur, producentur reliquæ curvæ. Atque hinc patet quod recta & circularis in alias ſpecies dividi nequeant, cùm oriantur ex motus uniformitate, & æqualitate, quæ nullam in ſe diviſionem mutationemve recipit, cæteris propter motus difformitatem & inæqualitatem diverſas in ſpecies abeuntibus. Patet etiam intra rectam, & circularem hoc tantùm ineſſe diſcriminis quod recta intra duo puncta diſtendatur, circularis verò circa unum, & cùm ambæ ſolæ immutabilis ſint invariabiliſque naturæ, hoc eſt cùm pluribus modis habere ſe nequeant illæ ſolæ pro perfectiſſimis habendæ ſunt.

Ex hac ſic explicata definitione:

COLLIGITUR 1°. *Rectam ſolam per punctorum ſuorum diſtantiam tranſire.*

Nam cùm illa ſola propter indeflexum à punctis extremis tranſitum, qui neque magis, neque minus recipit, certum quemdam inter extrema ſitum obtineat (circularis enim circa unicum fertur, cæteræ verò inter extrema vagantur) ſequitur quod illa ſola tranſire debet per certum aliquod, atque præfinitum ſpatium; tale autem inter extrema præter ipſam diſtantiam aliud nullum exiſtit; recta igitur per punctorum diſtantiam tranſibit.

COLLIGITUR 2°. *Rectam punctorum extremorum distantiæ esse æqualem.*

Quia enim per ipsam punctorum extremorum distantiam ducitur, & cùm ipsa terminatur necesse est ipsi fieri æqualem, aliàs locus locato non esset æqualis.

COLLIGITUR 3°. *Rectas omnes à punctis æqualiter distantibus ductas invicem æquales esse.*

Supponuntur enim æquales distantiæ, quibus rectas coæquari jam probatum est.

COLLIGITUR 4°. *Rectam brevissimam esse ab uno puncto ad aliud extensionem.*

Distantiam enim brevissimum illud spatium dicimus quod inter res amotas est interjectum; quare cùm recta per hoc spatium ducatur, erit brevissima quæ dari possit ab uno puncto ad aliud extensio.

COLLIGITUR 5°. *Duas rectas intra duo puncta duci non posse.*

Nam ambæ per eandem distantiam, sive per idem spatium transirent, ideoque una & eadem foret linea.

COLLIGITUR 6°. *Duas rectas spatium non continere, nec in duobus punctis sibi occurrere.*

Nam si primum efficerent in extremis sibi necessariò occurrerent, si secundùm earum quædam partes in extremis etiam sibi occurrerent, atque ideò duæ rectæ inter duo puncta duci possent, quod est contra præcedens axioma.

COLLIGITUR 7°. *Rectam punctorum distantiam metiri.*

Mensura enim cujusque rei debet esse stata atque determinata, quare cùm sola recta talis sit, ipsa sola punctorum distantiam metietur.

COLLIGITUR 8°. *Rectam intra duo puncta ordinari.*

Ordinatum enim dicitur quod uno tantùm modo se habet, sive quod pluribus modis fieri nequit, quare cùm recta ad unam tantummodo intra duo puncta positionem determinetur, necesse est ipsam intra duo puncta ordinari.

COROLLA-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [84] - 64
PUBLIC DOMAIN

COROLLARIUM.

Si duo plana se mutuo secuerint communis eorum sectio est recta linea. 3. prop. 11.

DEMONSTRATIO.

Nam aliàs à duos buacceptis in intersectione punctis duci possent duæ rectæ in duobus planis se intersecantibus, atque sic duæ rectæ intra duo puncta duci possent, vel duæ rectæ spatium comprehenderent, quod est contra probata.

COLLIGITUR 9°. *Duarum rectarum ab extremis alicujus rectæ exeuntium, & supra vel infra ipsam in unum punctum coincidentium aggregatum majus esse rectà supra, vel infra quam illæ concurrunt.*

Nam recta linea transit per brevissimam viam quæ ab uno puncto ad aliud tendit; Ideoque cæteræ viæ, inter illa duo puncta interjectæ, brevissimâ longiores sunt; & consequenter duæ nominatæ lineæ, quæ per has longiores vias ducuntur, & quæ distantiis suis coæquantur, rectâ lineâ per brevissimam viam transeunte majores sunt.

PETITIONES *sive* POSTULATA.

Quoniam recta linea simpliciſſimo puncti, inter duo extrema rectà, sive æqualiter fluentis, & per eorum distantiam transeuntis, motu naturaliter, & sine arte generatur, illeque directus, & omnis inclinationis expers puncti motus inartificialiter etiam per infinitam distantiam continuari potest. Ergo jure optimo

I.

Postuletur ut à quovis puncto ad quodvis punctum rectam lineam ducere concedatur.

II.

Et rectam terminatam in continuum rectà producere.

SCHOLIUM.

De cæteris lineis, videlicet de curvis, si circularem

excipias, idem peti non poteſt ; illæ enim per motus compoſitos generantur ; ideoque ſine artis præceptis deſcribi nequeunt.

DE USU LINEÆ RECTÆ.

Cùm in magnitudinum comparationibus omnia ferè ad æqualitatem revocentur, rectitudo autem æqualitas quædam ſit, patet rectæ lineæ uſum eſſe immenſum.

DEFINITIO V.

Superficies eſt magnitudo longa, & lata, profunditate, vel altitudine carens.

SUPERFICIES ſecunda magnitudinis ſpecies eſt, propter ſuam longitudinem, & latitudinem duobus modis diviſibilis. Producì autem concipitur motu lineæ; nam ſi linea moveretur ſecundum ſuam longitudinem, ac relinqueret ſui veſtigium, illud eſſet longum propter motum, ac etiam latum, quia linea, à qua motus procedit, extenſionem habet. Unde quemadmodum ex puncti fluxu in continuum exit linea, ita ex lineæ in tranſverſum ductu oritur ſuperficies. Et quia patet quod totidem ſitus intra ſuas lineas ſuperficies habere poſſit quàm linea intra puncta, manifeſtum eſt totidem modis dividi debere. Unde duæ erunt ſuperficierum ſpecies, recta videlicet & curva.

DE USU SUPERFICIEI.

Non ſecus ac cognitis quibuſdam planorum lineis in figurarum ipſarum cognitionem devenitur, ita etiam cognitis quibuſdam ſolidorum ſuperficiebus ipſa ſolida nota fiunt, cujus rei eadem quæ de lineis ratio eſt, ſuperficies enim ſolidorum terminus eſt, & ex ipſius motu ſolida generantur, ut cùm eò perventum erit, docebimus.

DEFINITIO VI.

Extrema, ſive fines ſuperficiei ſunt lineæ.

EXPLICATIO.

IDEM de linea vidimus, nam quia motu lineæ ſuperficies oritur, neceſſe eſt ubi lineæ motus incipit, ibi

ſuperficiem incipere, ubi verò quieſcit ibi ſuperficiem deſinere; quamobrem ſuperficies lineis terminari jure merito dicitur.

DEFINITIO VII.

Plana ſuperficies eſt quæ per indeflexum à lineis extremis tranſitum ducitur, vel quæ æqualiter intra ſuas lineas porrigitur, vel etiam quæ tota inter extremas lineas continetur.

HÆc definitio rectæ lineæ definitioni eſt analoga; Ideoque ex antedictis eſt intelligenda, ſolummodo notandum eſt hanc ſuperficiem perſæpè vocari ſimpliciter planum.

ANNOTATIO.

Sicut ſuperiùs duas rectas lineas intra duo puncta duci non poſſe probavimus, ita hîc per eandem rationem oſtendetur duo plana intra duas lineas duci non poſſe, nam etiam per eandem diſtantiam tranſirent, ideoque unum ac idem foret planum quandoquidem planum intra ſuas lineas non ſecus ac recta linea intra ſua puncta æqualiter extenditur; unde neque duo plana ſpatium comprehendunt, neque in duobus locis ſibi occurrunt, hoc enim ex probatis ſequitur. Generaliter quicquid de rectis lineis propter æqualem inter extrema porrectionem concluſum eſt, idem hîc de planis, mutatis tantùm nominibus concludi poterit.

DEFINITIO VIII.

Angulus eſt duarum pluriumve ejuſdem ſpeciei magnitudinum, ad unum punctum collectarum, & non in continuum jacentium breviſſima remotio, ſive diſtantia.

DE ANGULI NATURA.

HÆc definitio anguli naturam declarat, in qua cauſæ, à quibus pendet, explicantur; materialis, ſunt

duę, vel plures magnitudines, ad unum punctum collectæ, ſive ex eodem puncto exeuntes, formalis, ipſarum remotio; conditio autem neceſſaria, eſt ipſarum magnitudinum indirecta poſitio, ſive unius magnitudinis ad alteram inclinatio. Quod ſi magnitudines illæ ſint duæ lineæ, comprehenſus ab eis angulus, planus vocabitur; ſolidus verò ſi comprehendatur ab uno, vel pluribus ſuperficiebus, collectionis punctum ambientibus; & unâ quidem, ut eſt verticalis coni angulus, pluribus verò, ut ſunt reliqui anguli ſolidi.

Ut igitur ex duabus, verbi gratiâ, lineis angulus aliquis efformetur, debent illæ lineæ in unum punctum deſinere, & ſibi mutuo indirectè occurrere, alioquin ſi rectà concurrerent, tunc duabus illis lineis in unam coaleſcentibus angulus evaneſceret.


Per breviſſimam autem linearum remotionem angulus diſtinguitur ab illa remotione, qua laterum partes inter ſe diſtant, illa etenim remotio alia, atque alia evadit creſcentibus longitudine lineis, cùm contra extenſione laterum nulla angulis augmẽtatio, aut diminutio accedat.

Hæc autem definitio intelligenda eſt ad modum axiomatis, quo recta linea dicitur breviſſima ab uno puncto ad aliud extenſio; tunc enim intelliguntur illa puncta certo à ſe invicem diſtare intervallo; quo poſito cùm infinitæ lineæ inter illa puncta duci poſſint, unæ aliis longiores, breviſſima, quæ duci poteſt, recta vocatur. Pari ratione cùm duæ lineæ ſe ſe contingentes ſtatim à ſeparatione inter ſe diſtent, ſive aliquantulum removeantur, ut manifeſtum eſt ex ſeparationis notione, hoc poſito quia illa remotio in infinitum augeri poteſt creſcentibus longitudine lineis (nam quantò magis producuntur tantò magis dilitantur) illa minima remotio, quæ inter ipſas reperitur, angulus vocatur, non minima remotio ſimpliciter, quæ dari non poteſt, quia quantumvis exigua ponatur ſemper erit diviſibilis, ut neque recta linea breviſſima extenſio ſimpliciter dicitur, ad quam breviſſimam extenſionem etiam perveniri nequit, ſed breviſſima intra duo puncta extenſio. Atque hinc manifeſtum eſt angulum ad

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [88] - 68
PUBLIC DOMAIN

punctum contactus exiſtere, quia hoc in loco minimùm removentur lineæ, quæ angulum conſtituunt.

Sed ut illa plenioris expoſitionis lucem accipiant operæpretium eſt anguli plani generationem, ortumque declarare, ſic autem ſe habet.



Sint duæ lineæ AB,& CB contingentes ſe in puncto B, & primò jaceant in continuum. Deinde AB minimũ recedat ab illa directa poſitione, ita ut AB fiat DB, per minimam illam deflexionem lineæ DB, à directo tramite lineæ CB, qui eſt AB generabitur angulus DBC; & ſi adhuc moveri intelligatur AB, quæ jam facta eſt DB, itaut paulatim perveniat ad EB, deinde ad FB, & ſic continuetur moveri donec ipſam CB attigerit, manifeſtum eſt omnes angulos, qui à rectis lineis fieri poſſunt, hac ratione orituros, qui eò minores continuè evadent quò magis DB ab AB recedet, hoc eſt quò magis DB à directa cum BC poſitione deflectet. Atque hic eſt verus anguli ortus, ex quo ſingulæ ejus proprietates eluceſcunt.

Nam 1° quia linea DB, manente alterâ extremitate fixâ in B, circa illud punctum B circumducitur, procul dubio circulariter movetur: & quia illo motu ſuo deſcribit omnes angulos rectilineos, qui omnes ad punctum B formantur, patet quod vera, & genuina anguli menſura ſit linea circularis, quæ deſcribitur à recta DB,angulorum formatrice.

Patet etiam anguli amplitudinem, ſive quantitatem eſſe partem illam circumferentiæ, ſive potius eſſe partem illius ſpatii quod angulare punctum proxime ambit, à lateribus angulum continentibus interceptam: & quia linea ABC terminus eſt, ſive limes ad quem ſtatimatque formatrix angulorum linea pervenit, anguli forma aperit, melius erit propterea anguli quantitatem ex proportione ad ſemicircumferentiam, quàm ex proportione ad totum ambitum metiri.

Patet insuper linearum remotionem, quæ in angulo consideratur, longe aliam esse ab ea remotione, quâ disjunctæ duæ lineæ simpliciter inter se distant; simplex enim hæc remotio purum est duarum rerum à se invicem omninò distantium intervallum, quod certè rectâ lineâ mensuratur, quoniam simplici lineæ in longitudinem fluxu producitur. At angularis remotio vestigium est lineæ, non solùm in longitudinem fluentis, verùm etiam in orbem se se circa punctum moventis; unde talis distantia ex recto & orbiculari motu producta cùm sit, ideò à sola recta linea mensurari nequit. Propter hanc remotionis diversam acceptionem meliùs fortasse definiretur angulus planus dicendo eum esse partem orbitæ punctum circumdantis, à magnitudinibus ad illud punctum collectis, & non in continuum positis interceptam.

Ampliùs manifestum est quomodo planus augulus circuli pars dici possit, quomodo in puncto ferè consistat, quomodo distantia sit longitudinis latitudinisque particeps, aut aliquid medium inter lineam & superficiem, aut conjunctio lineæ cum superficie, & cur recta plures angulos ad idem punctum constitutos metiri non possit, quæ omnia ex præcedentibus nota sunt, nec ullâ indigent explicatione.

DE USU ANGULI.

Non minus utilis est angulus ad aream figurarum inveniendam quàm sunt ipsæmet lineæ, hoc tantùm discriminis est quod cognitis solummodo regularis alicujus figuræ lateribus tota figuræ area dignoscitur, non verò cognitis solis angulis; ratio hujus rei manifesta est, quia videlicet anguli latera augeri, minuique possunt nullâ factâ in angulo mutatione; unde quandoque accidit ut, verbi gratiâ, duo triangula, licet æquiangula sint, inæqualia tamen habeant latera; nulla verò æquilatera sunt quin simul æquiangula existant; sed anguli, & linearum conjuncto simul beneficio abstrusissima quæque rimantur Mathematici: Quin etiam utriusque usus est reciprocus, nam ex angulis latera, & ex lateribus figurarum anguli dignoscuntur.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [90] - 70
PUBLIC DOMAIN

DEFINITIO IX.

Angulus denominatur ab earum quibus continetur magnitudinum ſpeciebus.

ITAQUE ſi rectis lineis comprehendatur, rectilineus, ſi curvis, curvilineus, ſi curva & recta mixtilineus vocabitur.


DEFINITIO X.

Anguli amplitudo menſuratur ab arcu circuli, qui ex vertice anguli tamquam centro per ipſius latera deſcribitur.

ITAQUE angulus angulo æqualis eſt quando deſcriptis æqualibus circulis ab utriuſque anguli verticibus tanquam centris arcus inter ipſorum latera comprehenſi æquales ſunt, inæquales autem quando tales arcus contingit eſſe inæquales; cur autem angulus ab arcu circuli menſurari debeat, jam docuimus in definitione anguli.

COROLLARIUM.

Ex hac ſic explicata ∠li menſuratione apertè colligitur ∠li cujuſvis latera tantò magis dilatari, quantò magis producuntur.



Ut ∠li I latera A B, A C, producta uſque ad E, & D, ibi magis dilatantur, quàm ad B, & C.

OSTENSIO.

Quoniam idem ∠lus I menſuratur ab arcu B C, & ab arcu E D, erit igitur eadem ratio arcus B C ad totam ſuam circumferentiam, quàm arcus E D ad ſuam. Sed circumferentia circuli A E D major eſt circumferentia circuli A B C. Ergo arcus E D major eſt

arcu B C; (nam permutando ut peripheria ad peripheriam, sic arcus ad arcum). Igitur latera AD, AE magis dilatantur ad E, & D, quàm ad B, & C. Quod erat ostendendum.


DEFINITIO XI.

Recti sunt anguli, qui à perpendicularibus, obliqui verò qui ab obliquis ad se invicem lineis comprehenduntur, quorum, qui recto major est, obtusus; qui verò minor, acutus, dicitur.

DEFINITIO XII.

Quando sumptis in aliqua recta linea duobus punctis altera linea superveniens sic cadit in medium ipsorum, ut ubique in hujus medii situ reperiatur, sive quod idem est, ut æqualiter ubique sumptis interjiciatur punctis, incidens illa perpendicularis vocatur ad subjectam.

Vel etiam, *Perpendicularis linea dicitur, quæ per rectam sive indeflexam incidentiam alteri lineæ supervenit, obliqua verò quæ per deflexam, sive inclinatam.*



Ut in appositio diagrammate quando sumptis in recta *z m b n* duobus punctis *m*, & *n* altera linea superveniens *b k* sic cadit in ipsorum medium *b*, ut ubique in hujus medii situ reperiatur, hoc est ut quodlibet ejus punctum *k* ab extremis *m*, & *n* æquidistet, tunc recta *k b* perpendicularis erit ad subjectam *z m b n*.

DE NATURA PERPENDICULARIS.

Ut æqualitas rectitudinis, ita rectitudo perpendicularitatis generatrix est. Nam ut recta linea produci concipitur fluxu puncti ad aliud punctum æquabiliter lati, ita perpendiculum optimè concipietur produci fluxu puncti cujusque lineæ medii, & super ipsam per indeflexum ab extremis tramitem lati, qui trames indeflexus

indeflexus nihil aliud est quàm rectitudinis vestigium, ut ad definitionem rectæ lineæ ostensum est. Itaque perpendicularis, quantumvis producta semper manet perpendicularis, quoniam ubique in rectitudinis vestigio posita reperitur; ac quemadmodum indeflexus puncti transitus ab uno termino ad alium procreat rectam, sic indeflexa lineæ in lineam incidentia generat perpendicularem.

Hinc apparet rectitudinem, quæ in recta linea consideratur, simplicissimam esse, ac veluti primariam, ut pote quæ absoluta sit, & absque ullo respectu: contra verò, rectitudinem, quæ perpendiculari inest, compositam, ac ortam dici debere; illa etenim ad aliam respectiva cùm sit, componitur ex duabus inter se mixtis rectitudinibus. Quare cùm rectitudo æqualitas quædam sit, duplicabitur æqualitatis ratio adjuncta ad rectam lineam perpendiculari, quæ perpendicularis alia rectitudo est ut vidimus. Itaque perpendicularitas haud malè duplicata rectitudo vocabitur.


Ex hac autem sic explicata perpendicularis lineæ natura sequentia corollaria deducuntur.

COROLLARIUM I.

Duæ rectæ ab eodem puncto perpendiculi ad duo subjectæ lineæ puncta, æqualiter ab incidentiæ puncto hinc inde distantia ductæ invicem æquantur.

DEMONSTRATIO.

Sic enim quodlibet punctum ⊥li in medio subjectæ inter assumpta puncta contentæ positi, ab illis æquidistat, & consequenter rectæ lineæ, quæ distantijs suis coæquantur à quolibet puncto ⊥li ad assumpta puncta protractæ, inter se æquales sunt.



COROLLARIUM II.

Si duæ æquales rectæ ab extremis alterius exeuntes super ipsam concurrant, concursus punctum in perpendiculo ad subjectæ medium erecto positum est.

DEMONSTRATIO.

Solæ rectæ à punctis æqualiter distantibus ductæ inter se æquales sunt. Ponuntur autem concurrentes rectæ æquales; ergo punctum illarum concursus ab extremis subjectæ æquidistat, & consequenter in elevato subjectæ lineæ medio, sive in ⊥lo ad subjectæ lineæ medium erecto, in quo nempe omnia puncta ab extremis subjectæ æquidistantia posita sunt, reperitur, ut erat ostendendum.

COROLLARIUM III.

Si quatuor æquales rectæ, ab extremis duarum æqualium rectarum exeuntes, super ipsas ad duo puncta concurrant, intercepta ab his punctis ad subjectas perpendicula æqualia sunt; si verò æquales rectæ æqualia habeant perpendicula, sive ad media, sive ad earum extremitates erecta, perpendiculorum fines, cum earum finibus connectentes rectæ inter se æquales sunt.

DEMONSTRATIO PRIMÆ PARTIS.

Subjectarum media puncta ab extremis suis punctis æquidistant, propter positam in subjectis lineis æqualitatem; eademque media puncta sursum, ut explicatum est, mota, idest puncta, ubi suprastantes lineæ conveniunt, ab iisdem extremis adhuc æquidistant, nimirum propter positam in supra stantibus lineis æqualitatem: ac per explicatas punctorum mediorum elevationes ipsorum mediorum ab extremis distantiæ crescunt, ut in antecedente vidimus; Igitur mediorum ab extremis æquidistantiæ, in subjectis lineis primò repertæ, aliis æquidistantiis, à mediorum elevationibus ortis, crevêre. Non possunt autem distantiæ à mediorum elevationibus ortæ inter se æquari, nisi puncta illa media supra subjectas

æque altè eleventur : nam quò altius feruntur, eò majores ſunt mediorum ab extremis diſtantiæ. Igitur mediorum ab extremis æquidiſtantiæ, in duabus ſubjectis æqualibus repertæ, ab eadem, vel æquali mediorum ſuper ipſas altitudine producuntur.

Quapropter puncta, ubi ſupraſtantes æquales, ſuper ſubjectas, etiam æquales ductæ conveniunt, videlicet mota ſubjectarum media propter allatas rationes æquè altè elevari, ſive, quod idem eſt, ipſa perpendicula, quorum magnitudines à mediorum altitudinibus determinantur, inter ſe æquari neceſſe eſt.

Eodem modo probabitur, ⊥la, quamvis ad æqualium ſubjectarum extremitates erecta, æqualia inter ſe fore, exiſtente in connectentibus æqualitate. Productis enim in duplum ſubjectis æqualibus, (quod facilè fiet earum intervallo, & ab earum extremitatibus circulos deſcribendo) jam erunt nominata ⊥la ad media ſubjectarum erecta. Unde ductis à productionum finibus ad extrema ⊥lorum aliis connectentibus, probabitur, ut ſuperiùs, intercepta à connectentium interſectione ad ſubjectas ⊥la invicem æquari.

2°, Æquales rectæ æqualia habeant perpendicula, vel ad media, vel ad extremitates poſita.


DICO Connectentes rectas inter ſe æquari.

DEMONSTRATIO SECUNDÆ PARTIS.

Ex hypotheſi ſubjectarum media ab extremis, vel extrema ab extremis æquidiſtant, propter poſitam in ipſis ſubjectis æqualitatem; hæ verò diſtantiæ aliis æquidiſtantiis à perpendicularibus, per hypotheſim æqualibus, ortis augentur : ſurgentia itaque ab his diſtantiis inter ſe conjunctis intervalla, ideſt connectentium longitudines, atque adeò connectentes ipſas inter ſe æquari neceſſe eſt.

APPENDIX.

Subjecta linea eſt ad ſuum perpendiculum invicem perpendicularis.



DATUM.

Esto recta C D subjecta, cum suo ⊥lo BC.

QUÆSITUM.

Oportet ostendere subjectam C D perpendicularem esse ad suum ⊥um B C.

PRÆPARATIO.


Intelligatur ⊥um B C in duplum productum ad S, ita ut punctum C medium sit totius B S, & connectatur D S.

DEMONSTRATIO.

Perpendicularis BC, quantumvis producta, semper manet ad suam subjectam perpendicularis, ut ostensum est initio hujus definitionis. Erit igitur recta C S perpendicularis ad rectam CD. Quare cùm ad æqualem vel potiùs ad eandem CD, & ad ejus extremum C æqualia ⊥la BC, & C S erecta sint, propterea horum perpendiculorum fines B & S cum subjectæ fine D, connectentes rectæ B D, & S D æquales sunt (*ex 2ª parte hujus Corollarii*) quæ cùm supra subjectam BS in puncto D conveniant, erit coincidentiæ punctum D in ⊥lo ad medium subjectæ B S, hoc est ad punctum C, erecto; & consequenter recta C D per puncta C, & D transiens, perpendicularis est ad B C, ut erat ostendendum.

COROLLARIUM IV.

Quæ ab extremitatibus subjectæ ducuntur ad aliquod perpendiculi, in medio ejusdem subjectæ erecti punctum, majores sunt ipsius subjectæ medietatibus; & tantò majores evadunt, quantò perpendiculi punctum in quo concurrunt à medio subjectæ remotius est.



DEMONSTRATIO.

Dum enim in ⊥li generatione punctum lineæ medium elevatur, necessariò recedit ab illâ linea, à qua elevari incipit: & quia in illa elevatione semper æquidistat ab extremis subjectæ lineæ; id-

æquidistanter ab illis sursum se movendo recedit. Quare cùm per recessum à terminis distantia augeatur, tantòque major evadat, quantò longior fit remotio, rectæ, quæ distantiis suis coæquantur, tantò longiores erunt, quantò remotiusà ⊥li puncto, subjectæ lineæ medium efficiente, (ubi nulla est adhuc elevatio) coïbunt; & vice versâ tantò breviores erunt, quantò propiùs ad illud punctum accedent. Quare cùm subjectarum linearum medietates ad illud punctum, hoc est ad medium sui coëant, ipsæ erunt breviſſimæ quæ ab eisdem extremis ad idem ⊥um duci poterunt.

APPENDIX.

Rectarum à sublimi puncto in subjectam rectam cadentium brevissima est perpendicularis, reliquæ verò tantò longiores sunt, quantò longiùs à perpendiculo distant

Nam per antè probata ⊥um pro subjecta, & vice versâ subjecta pro perpendiculo sumi potest, atque adeò per antecedentem id quod propositum est demonstrabitur.

COROLLARIUM V.

Ab eodem puncto unicum ad eandem lineam perpendiculum duci potest.


DETERMINATIO CASUUM.

Punctum illud vel erit in data linea, vel supra ipsam existet.

Sit primò in data linea.

DEMONSTRATIO IN Iº CASU.

Acceptis hinc inde in subjecta linea duobus punctis, æquidistantibus ab eo puncto, ubi talis subjecta tangitur ab erectis (si plura esse dicantur) perpendiculis, hæc perpendicula ubique in medio ad subjectam situ reperiri debent (ex definitione ⊥li) verùm quia per diversas vias transirent; ideò diversa forent ejusdem lineæ media, quod est impossibile ex notione medii. Et verò



ſicut in aliqua linea unicum punctum in medio ſitum reperitur, quod ab extremis hujus lineæ æquidiſtat, ita etiam ſupra aliquam rectam lineam unica linea in ſubjectæ medio ſitu exiſtit, cujus puncta quælibet ſeorſim ſumpta ab extremis ſubjectæ æquidiſtant.

DEMONSTRATIO IN 2°, CASU.

Jam ſit punctum ſupra datam lineam, & ab eo in ſubjectam lineam cadant, ſi fieri poteſt, duæ perpendiculares, erunt illæ per antecedentem minimæ rectarum ab accepto puncto in nominatam ſubjectam ductilium, cùm tamen ſumptâ unâ pro $\perp^{lo}$, altera ab hoc $\perp^{lo}$ diſtet, ac propterea ipſo perpendiculo longior eſſe debeat, per eandem antecedentem. Quamobrem unica è ſublimi puncto in ſubjectam rectam breviſſima, ideſt, unicum perpendiculum duci poteſt, ut volebat propoſitio.

COROLLARIUM VI.

Duæ æquales rectæ à ſubjectæ extremis ad perpendiculum in ejus medio ſitum, & verſus eandem partem protenſæ ad idem punctum concurrunt.


DEMONSTRATIO.

Nam ſi ad diverſa concurrerent, unum neceſſariò propiùs eſſet puncto in ſubjecta linea medio; & ſic, ut ex probatis conſtat, una minor evaderet alterâ, quod hypotheſim deſtruit.

COROLLARIUM VII.

Si quatuor æquales rectæ ab extremis duarum inæqualium rectarum exeuntes ſuper ipſas concurrant, perpendiculum, quod à concurſu duarum ſupra minorem lineam exiſtentium in illam minorem cadet, majus erit perpendiculo, quod à concurſu duarum aliarum, ſupra majorem exiſtentium, in illam majorem demittetur.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [98] - 78
PUBLIC DOMAIN



DATUM.

Sunto ſubjectæ inæquales, A B ⌉ & E F ⌈, à quarum extremis A, B, E, F quatuor æquales rectæ A C, B C, E D, F D prodeuntes contingant ſe binæ in punctis C & D.

QUÆSITUM.

Oportet oſtendere ⊥lum O C, quod à concurſu duarum æqualium A C, & B C in minorem ſubjectam A B deſcendit, majus eſſe ⊥lo D q, à concurſu duarum æqualium rectarum E D, F D, in majorem ſubjectam E F incidente.

DEMONSTRATIO.


Si perpendicula C O, & D q dicantur æqualia; Quia recta A B minor ponitur rectâ E F, ideò medietas O B minor eſt medietate q F; Quamobrem ablata recta O B, à majori q F, remanebit aliqua ejus pars, quæ ſit g F. Itaque recta D g æquabitur rectæ C B. Nam rectæ lineæ O B, q g jam ſunt æquales ob ſublatam g F differentiam. At ex hypotheſi tam ⊥la C O, & D q quàm rectæ C B & D F invicem æquantur. Ergo rectæ D g & D F æquales ſunt. Quod eſt abſurdum *(per coroll. 3um)* quoniam ab eodem puncto D, ad idem ⊥um q F ducta D F tangit ipſam q F in puncto F, remotiori ab incidentiæ puncto, quàm eſt ipſum punctum g, ad quod pertingit ducta D g.

Jam ſi ⊥um C O minus dicatur ⊥lo D q, ablata recta O C, à majori q D remanebit aliqua ejus pars, quæ ſit D X. Ductâ itaque rectâ g X æquabitur rectæ C B. Nam q X & C O jam ſunt æquales ob ſublatam D X differentiam. Recta autem q g, per eandem conſtructionem, poſita eſt æqualis O B, & per hypotheſim recta C B eſt

etiam æqualis DF. Ergo gX æquatur DF. Quod est absurdum, (*per corol.* 3^um) nam recta gX minor est recta Dg, quæ adhuc ipsa DF minor est. Quum igitur ⊥^um CO nec æquale, nec minus esse queat ⊥° Dq, superest ut ipso majus sit. Quod erat ostendendum.

COROLLARIUM VIII.

Si super aliquam rectam duæ rectæ, ab ejus extremitatibus ductæ, concurrant, deturque alia recta, lineæ primò positæ æqualis, supra quam etiam duæ aliæ, ab ejus extremis ductæ, concurrant, quæ lineis supra primam coeuntibus sigillatim æquales sint, cadentia à punctis concursus in subjectas perpendicula æquantur inter se, & nominatas subjectas dividunt in partes, singulas singulis æquales.



DATUM.

Sunto duæ æquales subjectæ AB & EF, à quarum extremis A, B, E, F ductæ lineæ AC, BC, EG, FG sigillatim æquales concurrant ad puncta G & C, à quibus in subjectas cadant ⊥^la CO, & GK.

QUÆSITUM.

Oportet ostendere ⊥^um CO Π ⊥^lo GK, & ab ipsis ⊥^lis subjectas AB, & EF dividi ad puncta O, & K in partes sigillatim æquales, hoc est rectam AO Π rectæ EK, & rectam OB Π rectæ KF.

PRÆPARATIO.

Intelligantur perpendicula CO, GK in duplum producta ad puncta D, & H, itaut puncta O & K jam sint media rectarum CD, & GH. Deinde à punctis D & H ad

ad ſubjectarum extrema A, B, E, F connectentes AD, BD, EH, FH ductæ cogitentur.

DEMONSTRATIO.

Rectæ AC. AD, (*per* 1^um *corol.*) æquantur inter ſe, quoniam ab eodem puncto A, in perpendiculo AO aſſumpto, ad duos ſubjectæ CD fines, nimirum ad puncta C, & D, ab incidentiæ puncto O æqualiter diſtantes, ductæ ſunt. Idem probabitur de connexis BC & BD, nec non de alis EG & EH, atque etiam de reliquis FG, & FH ut patet. Sunt ergo AC, AD, EG, EH æquales inter ſe, atque etiam BD, BC, GF, FH invicem æquales.

Jam verò ſi ⊥^la CD, & GH inæqualia dicantur, ſit ⊥^lum GH ⊏ ⊥^lo CD. Quoanim igitur quatuor æquales rectæ AC, AD, EG, EH ſupra rectas inæquales CD, & GH concurrunt, ⊥^lum EK, à concurſu duarum EG, EH, ſupra rectam GH, ex hypotheſi majorem, erectum, minus erit ⊥^lo AO, quod à concurſu duarum AC, AD, in ſubjectam CD, ex hypotheſi minorem, cadit. Eodem modo probabitur ⊥^um KF⊓⊥^o OB, ut manifeſtum eſt. Igitur tota EF⊓ tota AB, quod hypotheſim deſtruit, propterea cùm ⊥^la CD, & GH inæqualia eſſe nequeant, reſtat ut æqualia ſint, & conſequenter eorum medietates CO, & GK, invicem æquales erunt; ſed probatum eſt connectentes AC, AD, EG, EH inter ſe æquari, ergo (*per corol.* 6^um) ⊥^um AO⊓⊥^lo EK, quare & reliqua OB⊓ reliquæ KF; Ideoque ſubjectæ AB & EF in partes ſigillatim æquales à nominatis ⊥^lis CO, GK dividuntur ad puncta O, & K, ut erat oſtendendum.

DE USU PERPENDICULARIS.

Quandoquidem linearum, ab eodem puncto in ſubjectam lineam ductilium, ſola perpendicularis ordinata eſt, ut pote breviſſima, per allatas rationes, hac de cauſa ſola perpendicularis menſurandis linearum diſtantiis, determinandiſque ſpatiorum, figurarum, atque corporum altitudinibus, ac profunditatibus naturâ ſuâ idonea eſt: hæc eadem rectis lineis, circulorum arcubus, anguliſque

æquibiſecandis, nec non mediis proportionalibus inveniendis abhibetur, ut ſuo loco oſtendemus; & ut uno verbo cuncta ejus officia complectar bona pars propoſitionum geometricarum perpendicularis auxilio indiget, vel ad conſtructionem, vel ad demonſtrationem.

DEFINITIO XIII.

Quando perpendiculum, in quo ſumpta fuerint aliqua puncta tranſverſim, & utrimque ſupra ſubjectam ſuam moveri ſic intelligitur, ut a directo cum ea ſitu nuſpiam in motione ſua deflectat, accepta puncta cum dicto perpendiculo lata fluxu ſuo rectas deſcribent, quæ tum inter ſe, tum ad ſubjectam parallelæ, ſive æquidiſtantes vocantur.


Vel ſic, *Parallelæ, ſive æquidiſtantes lineæ dicuntur, quæ cùm inter ſe diſtent, nuſquam tamen ad ſe invicem accedunt, aut à ſe invicem recedunt, ſed per æquidiſtantia ſemper intervalla porriguntur.*

Vel adhuc, *Parallelæ, ſive æquidiſtantes lineæ dicuntur, inter quas æqualtum ubique mediat intervallum.*

QUARE paralleliſmus ſive æquidiſtantia eſt in magnitudinibus, quovis intervallo à ſe invicem diſtantibus invariatio, ſive immutabilitas diſtantiæ per totam intervalli latitudinem; vel eſt perpetuus ejuſdem diſtantię tenor, per totam exiſtentis inter ſemotas magnitudines ſpatii latitudinem altitudinemve conſtantiſſimè ſervatæ.

EXPLICATIO.

Eſto ⊥um CD, ſupra baſim AB erectum, in quo ſumantur quotlibet puncta H & D. Dictum autem ⊥um CD tranſverſim, hoc eſt ſecundùm ſuam longitudinem, & utrimque, nimirum verſus oppoſitas partes A & B, ſupra nominatam rectam AB intelligatur ea lege moveri, ut à directo cum ea ſitu nuſpiam



in ſua motione deflectat; ſive quod idem eſt, ut rectos angulos cum ſubjecta A B ſemper efficiat. Perveniat autem ſic motum ⊥lum C D ad puncta A & B, ubi ſuprastantium linearum A D & B D loca repleat, ſive per eas in acquiſito ſitu repræſentetur: Atque ex ſumptorum punctorum H & D, cum dicto ⊥lo C D latorum veſtigiis oriantur lineæ H H H, & D D D. Manifeſtum eſt ex appoſita motus conditione ſubjectam A B, & exortam H H H ubique inter ſe æquidiſtare, quoniam idem perpendiculum C H, per totam interjecti inter lineas A B, & H H H ſpatii longitudinem normaliter motum, extremis ſuis C & H ipſas A B & H H H ubique attingit, hoc eſt æquales ubique diſtantias inter lineas A B, H H H, determinat; idem dicetur de ſubjecta A B, & exorta D D D, nimirum ipſas æquidiſtare inter ſe, ut patet. Tales itaque deſcriptæ lineæ, eandem inter ſe diſtantiam ubique ſervantes, parallelæ, ſive æquidiſtantes meritò dicuntur; ipſas autem eſſe rectas minimè dubium eſt, cùm earum omnia puncta eandem cum extremis altitudinem obtineant, quemadmodum recta A B; ſi enim aliquod exortæ lineæ H H H punctum intermedium extremis altiùs, aut depreſſiùs eſſet, ſequeretur ⊥lum C H F, aut ⌐ eſſe ⊥lo A H vel B H, contra ſuppoſitum generationis hujus lineæ modum; idem puta de linea D D D. Evidens quoque eſt, rectâ A B in infinitum productâ, & factâ eâdem deſcriptione, exortam H H, in infinitum etiam abeuntem paralleliſmum ubique ſervaturam cum ipſa A B; Ideoque parallelæ lineæ quamvis in infinitum productæ ſemper manent parallelæ.

DE USU PARALLELARUM.

Parallelarum uſus tam latè extenditur, quàm ipſius perpendiculi earum generatoris; nam ſi perpendiculi ope inter duas datas rectas una media proportionalis invenitur, parallelarum auxilio ad tres datas rectas quarta proportionalis apponitur: ipſæ eædem parallelæ rectis lineis proportionaliter ſecandis adhibentur; & quoniam

in universa Mathematicarum scientiarum constitutione, licet diversa objecta respiciant, solæ proportiones, quæ in iis reperiuntur, considerantur, omnia enim ad mensuram, quæ proportiones in conceptu suo involvit, revocantur, manifestum est parallelarum, à quibus linearum proportio efficitur, atque determinatur, usum in geometricis immensum esse.

DEFINITIO XIV.

Terminus est quod alicujus rei extremum est.

DEFINITIO XV.

Figura est quæ sub aliquo vel aliquibus terminis comprehenditur.

DEFINITIO XVI.

Circulus est figura plana, sub unica linea puncto medio æquidistante comprehensa; illa autem linea circumferentia, & punctum medium circuli centrum dicitur.

Aut si ad circuli generationem attenderimus, sic ipsum definiemus.

Circulus est figura plana, quæ describitur à recta linea finita circa unum extremum quiescens circumducta, donec in eumdem locum, unde moveri primum inceperat, restituta fuerit.

Atque hinc patet rectas omnes, à centro ad circumferentiam extensas, invicem æquales esse.

DEFINITIO XVII.

Diameter autem circuli est recta linea per centrum ducta, & ex utraque parte in circuli peripheriam terminata.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [104] - 84
PUBLIC DOMAIN

DEFINITIO XVIII.

Segmentum circuli est figura, quæ sub recta linea, & circumferentiæ parte comprehenditur, quæ quidem circumferentiæ pars, arcus vocatur; & si recta linea peripheriam subtendens per centrum transeat, factum segmentum semicirculus dicitur.

DEFINITIO XIX.


Sector circuli est circuli pars, sub duobus radiis, à centro exeuntibus, & sub arcu, inter duos illos radios interceptо, comprehensa, ut b d g.

POSTULATUM.

Quoniam circulus, ut ex ejus genesi apparet, simplicissimo rectę lineę, in orbem circa unum quiescens extremum fluentis motu, sine arte fit; & recta linea cujusvis longitudinis sumi potest, ut ad rectæ lineæ definitionem annotavimus; Ideo jure optimo.

Postuletur ut à quovis centro & intervallo circulum describere concedatur.

Ampliùs quoniam æqualium rectarum circa manentia puncta volutiones spatia claudunt, quorum extrema, sive circumferentiarum puncta omnia à suis mediis æquidistant (distãtias enim illas, ęquales rectæ lineæ sive æquales radii, metiuntur) estque diameter dupla radii. Igitur



COROLLARIUM I.

Circuli sunt æquales, quorum radii, vel diametri sunt æquales.

Deinde quia in generatione circuli, volutus circa manens punctum radius uniformi, & æquali motu fertur, consequens omninò est ut æqualia spatia temporibus

æqualibus, vel æqualibus lationibus percurrat; qualibet autem latione, vel quolibet momento temporis dictus circuli genitor radius, à quiete exiens, angulum ad centrum efficit, qui tantò major evadit, quantò major fit radii motio; quando igitur anguli ad centrum sunt æquales necesse est radii lationes æquales fieri, & consequenter decursa ab ipso spatia esse etiam æqualia. Quare

COROLLARIUM II.

Ejusdem vel æqualium circulorum sectores, quorum latera æquales angulos continent, inter se æquales sunt.

Ut in appositio diagrammate sector f d b æquatur sectori c d g quia ∠lus b d f Π ∠lo g d c.

Nam sectores nihil aliud sunt quàm illa spatia à radio circumacto decursa.

Et verò si ∠lis b d f, & g d c positis æqualibus fieri posset ut sectores f d b, & c d g inæquales essent, procul dubio supra rectam d c, quæ est æqualis d f describi posset sector æqualis sectori b d f, qui idem spatium non clauderet, quàm sector. g d c; quoniam illi sectores inæquales esse ponuntur; quod cùm impossibile sit, eo quod circuli sicut rectæ lineæ generatio simplicissima sit, sive pluribus modis fieri nequeat, necessariò sequitur propositos sectores b d f, & g d c, angulos ad d æquales habentes, inæquales esse non posse, erunt ergo æquales, ut vult corollarium.

Adhuc quia circuli periphæria oritur ex fluxu puncti, uniformi & æquali motu, sive æquidistanter circa aliud manens punctum lati, illa erit ubique sibi similis, & naturæ simplicissimæ, plures in species individuæ; nam motus uniformitas & æqualitas nullam in se variationem recipit; Ideoque in eodem, vel æqualibus circulis periphæriæ partes, sive arcus, quorum extrema æquidistant, inter se æquales sunt; illos enim eodem modo inter extrema distendi, sive per æquales vias transire necesse est, cùm pluribus modis fieri nequeant. Itaque

COROLLARIUM III.

In eodem, vel æqualibus circulis æquales rectæ æquales arcus abscindunt.

Et verò si fieri posset ut ab æqualibus rectis lineis duo ejusdem, vel æqualium circulorum subtensi arcus, inæquales essent, procul dubio super una ex æqualibus lineis describi posset alius ejusdem circuli arcus, alteri arcui æqualis, cujus saltem aliqua pars supra, vel intra arcum, ab accepta recta linea subtensum, transiret, (nam cum arcus illi ponantur inæquales, per eandem omninò viam transire non debent,) & sic sequeretur ejusdem circuli radios inter se inæquales fore, quod repugnat naturæ circuli.

APPENDIX I.

Ejusdem vel æqualium circulorum segmenta, æquales bases habentia, inter se æqualia sunt.

Nam, ut probatum est, descriptus super una ex æqualibus basibus propositi cujuslibet segmenti arcus per eandem omninò viam transiret, quàm arcus illius segmenti, super accepta basi existentis; ideoque idem spatium ambo clauderent.

DE USU CIRCULI.

Longum esset recensere omnes circuli proprietates; nec satis commodus hic locus est ad eas enumerandas. Quare monuisse sufficiat in geometricis nihil utilius esse circulo. Hinc igitur omne principium, huc refer exitum.

DEFINITIO XX.

Figuræ denominantur à linearum quibus illæ continentur speciebus, vel à numero laterum angulorumve.

Sic à linearum speciebus figuræ Rectilineæ, vel Curvilineæ vocantur. A numero laterum Trilateræ, Quadrilateræ, Multilateræ. A numero angulorum Triangulæ, vel Trigonæ, Quadrangulæ, Pentagonæ, &c.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [107] - 87
PUBLIC DOMAIN

DEFINITIO XXI.

Trilateræ porrò figuræ denominantur à laterum æqualitate, aut inæqualitate; vel ab angulorum ſpeciebus.

Sic à laterum æqualitate vel inæqualitate Triangulum Æquilaterum dicitur, quod tria latera habet æqualia; Iſoceles, ſive Æquicrure, in quo duo tantùm latera ſunt æqualia, tertio exiſtente majore, vel minore; Scalenum verò, cujus tria latera ſunt inæqualia. Ab angulorum verò ſpeciebus Triangulum Orthogonium, vel Rectangulum dicitur, quod unum angulum habet rectum; Ambligonium, vel Obtuſiangulum, quod unum habet obtuſum; Oxygonium autem, ſiue Acutiangulum, quod tres acutos habet angulos.

DEFINITIO XXII.

Quadrilaterarum autem figurarum parallelogramum eſt cujus bina oppoſita latera ſunt parallela: Quadratum verò quod æquilaterum & rectangulum eſt; rombus autem figura æquilatera, ſed non rectangula; altera parte longius rectangulum eſt, at non æquilaterum, & ſæpiſſimè rectangulum ſimpliciter vocatur. At romboides figura eſt, quæ adverſa latera & angulos habens inter ſe æquales, neque æquilatera eſt neque rectangula.

DEFINITIO XXIII.

Rectangulum contineri dicitur ſub duabus lineis, angulum rectum continentibus.

□um enim oritur ex fluxu lineæ rectæ ſuper aliam rectam perpendiculariter motæ; & quia fluxus ille maximè æquabilis eſt, & uniformis, hinc fit ut rectangula, quorum baſes, & ſupraſtantia perpendicula ſigillatim ſumpta æqualia ſunt, invicem æquentur, eodem enim motu, & æqualibus factoribus ambo generantur.

MONITUM.

MONITUM.

Quando definitione 8ª angulum esse dixi duarum, pluriumve ejusdem speciei magnitudinum, ad unum punctum collectarum, & non in continuum jacentium brevissimam remotionem, dictum solummodo puta de lineis, & superficiebus, non verò de solidis, ut in hujus definitionis explicatione apertè declaravi. Ideò verò generali magnitudinis voce usus sum, ut angulos planos, atque solidos unicâ definitione comprehenderem. Verùm si quispiam magnitudinis nomen malè hoc in loco usurpatum existimet, responsum habeat me per ullum aliud convenientius vocabulum mentem meam explicare non potuisse; sed modò mecum de re consentiat, de verbis nullam litem movebo. Fortasse paucis additis clarior apparebit illa eadem anguli definitio, si ita dicamus.

Angulus est duarum, aut plurium, ejusdem (1ª videlicet aut 2ª) speciei magnitudinum, ad unum punctum collectarum, & non in continuum jacentium brevissima remotio, sive distantia.

CAPUT QUINTUM.

De Elementis Geometricis.

FONS INVENTIONIS.

De linearum situ, sive de variis linearum inter se positionibus.

INVESTIGATIO.

Quot modis linearum situs variari possit.

VEL inter se lineæ conjunguntur, atque coincidunt, vel aliquo à se invicem distant intervallo. Jam quæ coincidunt, obliquæ necessariò sunt inter se, vel perpendiculares; quæ verò invicem distant, necessariò etiam parallelæ sunt, vel imparallelæ. Unde quatuor omninò neque plures neque pauciores disponendarum inter se linearum variationes inveniuntur.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [109] - 89
PUBLIC DOMAIN

Quoniam autem per certas rectarum linearum motiones in geometricis cuncta fieri probavimus; manifestumque sit pro diversis motarum rectarum inter se posituris effectiones inde provenientes diversas mutationes subire; evidens profectò est ab his rectarum linearum diversis motibus, variisque dispositionibus, velut à certis quibusdam geometricæ facultatis elementis geometricum robur accipere quicquid in mathematicis geometricam desiderat solutionem. Horum ergo geometricorum Elementorum esto.


ELEMENTUM PRIMUM.

De rectarum linearum coincidentia.

FONS INVENTIONIS.

ELementaris hæc coincidentium inter se linearum institutio necessariam habet cum angulorum doctrina connectionem, in eaque tota fundatur; nam ab indirecta linearum coincidentia angulum angulosve tamquã à vera causa prodire satis apertè declarat eorum definitio. Cùm itaque angulorum procreatio præcipuus sit qui in concurrentibus inter se lineis notetur effectus, ob eam causam primi hujus Elementi tractatio in angulorum ad mutuum linearum occursum nascentium contemplatione præcipuè versatur, per illamque maximè perficitur. Quisquis igitur angulorum naturam, ortumque, sicut antè tradita sunt, probè noverit, & penitùs inspexerit, is posteà per talem cognitionem, atque comprehensionem quæcumque ferè de coincidentibus lineis formari possunt vel theoremata, vel problemata facili negotio reperiet, repertaque firmissimarum, & ab eodem cognitionis fonte haustarum demonstrationum robore muniet. Principiorum enim diligens observatio viam præbet ad rèliquorum omnium inventionem paratissimam. Quin imo qui plenam habuerit principiorum cognitionem, jam perfectam, licet nondum explicatam omnium, quæ

ab eis deduci possunt, scientiam adeptus est; cùm longæ illæ consecutionum series, quas disciplinas nominamus, in fœcunditate principiorum totæ condantur, & ab sola eorum efficaci virtute proveniant. In primis igitur allaborandum est, ut rectum, & quàm maximè clarum de principiis conceptum efformemus; eorum deinde naturas, & his naturis debitas proprietates accuratè examinando, quas ipsa vires, quamque potentiam ad operandum habeant parvo labore deprehendemus; unde difficile posteà non erit varios modos excogitare, & ex iis simplisissimos eligere, quibus singula quæque ab his principiis orta gignantur. Atque his duabus rebus, nimirum exactâ principiorum definitione, & simplicium modorum, per quos quodcumque ab eis pendet effici, & fœliciter explicari queat inventione, plena, perfectaque eorum cognitio comparatur, quâ semel imbutus, atque fœcundatus intellectus tanta posteà rerum copia ditescit, tantaque luce collustratur, ut connexarum invicem effectionum numerosissimam multitudinem, adhibitâ præsertim in eis ordine deducendis solerti industriâ, tanquam uberrimos parturientis cognitionis fructus effundere, & ex onusto sinu proferre valeat.




Nunc ergo si generatio angulorum, prout in eorum definitione explicata est, iterum in hac præsenti figura considereretur, primo mentis intuitu confestim apparebit formatricem angulorum lineam O D, à positione rectæ A B exeundo, & circa coincidentiæ punctum O fluendo, donec eandem A B ad oppositas incepti motus partes rursùs attigerit, hac suâ per orbicularem semitam E f G H circumlatione situs omnes, qui in rectis inter se coincidentibus lineis observabiles sunt, percurrere, (redeuntibus quippe ordine iisdem coinciden-

tium inter se linearum situs variationibus, dum dicta formatrix angulorum O D subter subjectam A B, & circa punctum O defertur, quàm cùm anteà supra subjectam A B, & circa idem punctum O volvebatur, ut evidens est, & in unoquoque situ binos ad dictum coincidentiæ punctum angulos exoriri, pro quorum amplitudine decursus arcus E *f* G integer semper assumitur. Atque hinc formatur, & confirmatur sequens propositio.

PRIMA PROPOSITIO ELEMENTARIS.

Si recta supra rectam, & inter ejus extrema ceciderit, nec ipsam secaverit, duos ad coincidentiæ punctum angulos rectos, vel certè duobus rectis æquales facit; si verò coincidentes rectæ se invicem secuerint, quatuor ad sectionis punctum angulos rectos, vel certè quatuor rectis æquales efficient, ex quibus bini quilibet contrapositi invicem æquantur. Omnes verò circa idem punctum constituti quatuor rectis æquales sunt.



DATUM I.

Recta D O supra rectam A B, & inter ejus extrema, hoc est in quodcumq; punctum O, inter ejus extrema A & B positum, cadat, nec eam secet, sed ipsam solummodo in dicto puncto O contingat.

QUÆSITUM.

Demonstrandum est à nominatis lineis A B, & D O, juxta dictum modum coincidentibus, duos angulos 2 & 3, vel rectos, vel duobus rectis æquales, ad ipsum coincidentiæ punctum O, fieri.

CONSTRUCTIO.

Centro, O, intervallo quocumque O E fiat circulus O E *f* G H, secans rectas A B, O D, si opus est productas.

DEMONSTRATIO.

Si superveniens recta D O perpendicularis sit ad subjectam A B, liquet ex angulorum rectorum definitione

comprehensos à perpendicularibus inter se lineis binos angulos 2 & 3, rectos esse. Si verò obliquè cadat, quoniam tunc enati bini anguli 2 & 3, eandem quam cùm recti erant amplitudinem obtinent, nimirum arcum E*f*G, ut est ostensum in Inventionis fonte, idcirco duobus rectis semper æquantur. Quod erat primo loco ostendendum.

ALITER.

Quocumque modo recta D O supra subjectam A B cadens steterit, ostensum est in inventionis fonte eundem arcum E*f*G pro binorum angulorum 2 & 3, ad coincidentię punctum O formatorum amplitudine semper mansurum, hoc est binos angulos, à recta D O in rectam A B perpendiculariter cadente, genitos æquari binis quibuscumque angulis, ab eadem recta D O, in eandem rectam A B obliquè incidente, profectis.

At recta D O in subjectam AB perpendiculariter cadens, binos ad coincidentiæ punctum O positos angulos à rectis ut pote lineis sibi invicem perpendicularibus contentos, rectos facit.

Ergo eadem recta D O in eandem subjectam A B obliquè cadens, binos ad idem coincidentiæ punctum O positos angulos duobus rectis æquales efficiet.

DATUM II.

Iam coincidentes rectæ AB, HD, (vide superiorem figuram) secent se invicem in puncto O.

QUÆSITUM.

Oportet ostendere à coincidentibus A B, H D se invicem secantibus quatuor rectos, vel quatuor rectis æquales angulos 2, 3, 4, 5 ad ipsum sectionis punctum O fieri, quorum bini quilibet contrapositi 2, 4, vel 3, 5 æquales sunt inter se; omnes verò circa punctum O, vel quodlibet aliud existentes quatuor rectis æquari.

DEMONSTRATIO.

Probatum est angulos 2, & 3 duobus rectis æquari; eademque ratione demonstrabitur angulos 5, & 4 duobus

rectis etiam æquales esse (nimirum propter similem rectæ HO in eandem rectam AB incidentiam.) Ergo quatuor anguli 2, 3, 4, 5 ad sectionis punctum O generati, quatuor angulis rectis æquantur.

Deinde quoniam anguli 2 & 3 ostensi sunt æquales duobus rectis, idemque & per similem demonstrationem de angulis 3 & 4 concludi possit, ipsos nimirum dùobus rectis æquari. Ergo duo anguli 2. & 3 duobus angulis 3, 4, æquantur, & detracto communi 3 reliquus 2 reliquo contrapositio 4 æqualis erit, per communem animi notionem. Idem dicetur de duobus contrapositis 3 & 5 ut patet.

Postremò cùm probatum sit angulos 2, 3, 4, 5, circa punctum O existentes, quatuor rectis æquari, horumque angulorum amplitudo totam circumferentiam E*f*GE exhauriat, hoc est totum ambitum, qui circa punctum O existit; nullus ergo circa punctum O formari peterit angulus, quin sit pars horum quatuor rectorum. Idem de quovis alio puncto factâ eâdem constructione demonstrabitur, ut manifestum est. Quare cùm partes omnes simul sumptæ toti suo adæquentur, necesse est angulos quotcumque, circa punctum O, vel quoduis aliud existentes, quatuor rectis æquari. Quod erat ostendendum.


COROLLARIUM I.

Duorum rectorum angulorum amplitudo est semipheria circuli.

Hoc enim probatum est in prima parte demonstrationis hujus elementi.

COROLLARIUM II.

Si ad aliquod rectæ lineæ punctum duæ rectæ ab oppositis partibus ductæ duos angulos efficiant duobus rectis æquales, ipsæ in continuum sibi erunt, sive unicam lineam efficient.



DATUM.

Esto recta *ef*, ad cujus aliquod punctum *f* duæ rectæ *gf*, H*f*, ab oppositis partibus ductæ, angulos 2 & 3 duobus rectis æquales faciant.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [114] - 94
PUBLIC DOMAIN

QUÆSITUM.

Dico ambas lineas gf, & Hf ſibi eſſe in directum, ſive g H unam eſſe lineam.

CONSTRUCTIO.

Centro f, intervallo quocumque fg deſcribatur circulus $fgeH$, ſecans rectas gf, & Hf, ſi opus eſt productas.


DEMONSTRATIO.

Anguli 2, & 3 duobus rectis æquantur ex hypotheſi; Igitur eorum arcus ge, & eH ſimul ſumpti, hoc eſt totus arcus geH, medietas eſt peripheriæ deſcripti circuli $fgeH$. Atqui eadem peripheria $geHe$ æquibiſecatur à producta ſemediametro gf, ex notione diametri; producta igitur ſemediameter gf ad punctum H pertinget, & ſic recta fH eadem erit linea, quàm quæ ex ſemidiametri productione naſcitur. Ideoque ductæ gf, Hf integram diametrum conſtituunt, ſive in unam lineam ecolaſcunt, ut erat oſtendendum.

COROLLARIUM III.

Duæ rectæ lineæ nullam habent partem communem.

CONSTRUCTIO.



Poſſibile ſit gfH, & gfi duas rectas eſſe, quæ partem gf communem habeant.

Ductâ utcumque rectâ ef ad illud extremum communis ſegmenti, quod reliquas dictarum linearum partes attingit, centro f fiat circulus $fgeiH$, ſecans gfH, & gfi, ſi opus eſt productas.

DEMONSTRATIO.

Cùm recta ef, cadat tam ſupra rectam gfH, quàm ſupra rectam gfi; igitur faciet cum unaquaque illarum duos $\angle^{los}$, duobus rectis æquales, & conſequenter arcus geI, menſurans amplitudinem $\angle^{lorum}$ à recta ef ſupra rectam gfi conſiſtente factorum, æquabitur arcui

$geiH$, menſuranti amplitudinem $\angle^{lorum}$, ab eadem recta ef, ſupra rectam gfH conſiſtente, genitorum, hoc eſt, major arcus $geiH$ æquabitur arcui minori gei, quod eſt abſurdum. Unde conſtat unicam ex propoſitis lineis gfi, & gfH ſibi eſſe in directum, ut hîc eſt gfH; reliquam verò, nimirum gfi, non unam conſtituere lineam, ſed ex duabus gf, & fi, indirectè jacentibus conflari. Ergo duæ rectæ commune ſegmentum habere nequeunt, ut erat oſtendendum.

CONSECTARIUM I.

Duo plana ſe mutuo ſecantia nullam habent partem communem.

Nam ſi hoc verum eſſet tunc recta linea, in illa parte communi utcumque ducta, continuari poſſet, in duobus planis poſt interſectionem in diverſum abeuntibus, ut manifeſtum eſt, & ſic duæ rectæ lineæ aliquam partem communem haberent, contra præcedentem.

CONSECTARIUM II.

Hinc ſequitur, *Datis alicujus rectæ lineæ duobus ſolummodo punctis ipſam integram dari, ſive noſci, quemcumque ſitum habere poſſit.*

Nam propoſitæ rectæ lineæ, cujus duo puncta data ſunt, primò pars illa data eſt, quæ aſſignatis punctis interjicitur; quoniam inter duo puncta unica ſolum recta linea ductilis eſt, & quæ in infinitum produci poteſt, ut ad rectæ lineæ definitionem annotavimus; ex quo ſequitur reliquam etiam propoſitæ lineæ partem dari; quoniam per rectæ lineæ intra duo data puncta ductilis, & in infinitum producibilis veſtigium tranſire debet, ne duæ lineæ commune ſegmentum habere dicantur.

Idem & per eaſdem rationes de plano concludes, videlicet datis alicujus plani duabus ſolummodo lineis ipſum planum integrum dari, quemcumque ſitum habere poſſit.

Nam etiam inter duas rectas unicum planum ductile eſt, quod in infinitum produci poteſt, ut ad ejus definitionem annotavimus. Unde eadem quæ priùs de recta linea, abſurda ſequerentur, niſi verum eſſet quod proponitur.

CONSEC-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [116] - 96
PUBLIC DOMAIN

CONSECTARIUM III.

Itaque, *Si duæ rectæ, aut duo plana se mutuo secuerint in unico puncto, vel in unica linea se intersecabunt.*

Nam si duæ rectæ lineæ, aut duo plana in pluribus punctis, vel in pluribus lineis se intersecarent, aliquam partem communem haberent, quod mox probatis repugnat; aut certè duæ rectæ, vel duo plana inter duo intersectionis puncta, vel inter duas intersectionis lineas (quando sunt duo plana se mutuo intersecantia) duci possent, quod etiam impossibile est, ex probatis ad definitionem rectæ lineæ, & plani.

CONSECTARIUM. IV.

Rectæ lineæ pars quædam non est in subjecto plano, pars verò in sublimi. I. p. 11.

Cùm enim pars in subjecto plano posita in infinitum continuari possit in eodem subjecto plano, sequeretur duas rectas commune segmentum habere posse. Quod est impossibile.

COROLLARIUM IV.

Si ad aliquod rectæ lineæ punctum duæ rectæ ab oppositis partibus venientes contra positos ad verticem angulos æquales inter se fecerint, hæ rectæ lineæ in directum sibi erunt.

DATUM.



Esto recta A B, ad cujus punctum O, ab oppositis partibus ductæ sunt binæ rectę C O, D O, contrapositos ad verticem O angulos 2, & 4, vel 3, & 5 æquales inter se facientes.

QUÆSITUM.

Dico rectas C O, D O unicam lineam efficere, sive sibi esse in continuum.


DEMONSTRATIO.

Ex hypothesi $\angle^{lus}$ 2 Π $\angle^{lo}$ 4: & utrimque addito $\angle^{lo}$ 3 fiunt $\angle^{li}$ 2 + 3 Π ($\angle^{lis}$ 4 + 3 Π) duobus rectis (nimirum propter rectæ DO in rectam AB incidentiam). Ergo per antecedentem rectæ CO, & DO unam lineam efficiunt secundum propositionis intentum.

COROLLARIUM V.

Si quatuor rectæ lineæ ab eodem puncto exeuntes quatuor angulos fecerint, quorum bini oppositi æquales sint, binæ adversæ lineæ in continuum sibi erunt, sive unicam lineam efficient.

DATUM.



Jam sint 4 lineæ OA, OD, OB, OC, exeuntes à puncto O, ubi 4^{or} angulos constituant, quorum oppositi 2, 4, æquales sint, aliique 3, 5 pariter oppositi sint etiam æquales.


QUÆSITUM.

Dico AB, CD duas esse tantummodo lineas, hoc est duas AO, OB sibi esse in continuum, & unicam efficere lineam, duas itidem CO, OD unicam.

DEMONSTRATIO.


Quoniam anguli 2 & 4 ponuntur æquales inter se, itemque anguli 3 & 5 invicem. Igitur anguli 2 & 3 æquantur angulis 4 & 5. Et consequenter anguli 2 & 3 dimidium efficiunt $\angle^{lorum}$ ad punctum O positorum. Quia verò anguli ad punctum O constituti 4 rectis æquales sunt, ut probatum est. Ideò anguli 2 & 3 duobus angulis rectis æquantur. Ergo lineæ CO, & DO unicam lineam efficiunt. Idem concludetur de lineis AO, & BO. Patet ergo propositum.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [118] - 98
PUBLIC DOMAIN



Hæc Figura ad multas Propoſitiones demonſtrandas neceſſaria, poni debet inter pag. 98. & 99. è regione Elementi ſecundi.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [119] - -
PUBLIC DOMAIN



ELEMENTUM SECUNDUM.

De coincidentium linearum perpendicularitate.

FONS INVENTIONIS.

QUONIAM perpendiculi generatio docet duarum aqualium rectarum, ab extremis alicujus ſubjectæ prodeuntium, & in idem punctum ſupra cadentium concurſum in perpendiculo ad hujus ſubjectæ medium erecto ſemper inveniri; circuli verò natura talis eſt ut omnes ejus radij inter ſe coæquentur; intellectis ergo duobus circulis æqualibus, & interſecantibus ſe invicem, quorum centra rectâ lineâ connectantur, manifeſtum eſt rectas lineas, à ſingulis interſectionum punctis, ad circulorum centra, quæ connectentis extrema puncta ſunt, protenſas inter ſe coæquari; unde ſtatim ex generandi perpendiculi notitia concludetur dictarum interſectionum puncta in perpendiculo per medium nominatæ connectentis tranſeunte reperiri. Atque hinc formatur & confirmatur ſequens propoſitio.

ELEMENTARIS PROPOSITIO.

Si duo circuli ab extremis alicujus rectæ lineæ tanquam centris deſcripti ſe mutuo ſecent, æqualeſque ſint, interſectionum puncta in perpendiculo per medium dictæ lineæ tranſeunte poſita ſunt; ſi verò deſcripti circuli inæquales ſint, interſectionum puncta in aliquo quidem perpendiculo datam lineam ſecante poſita ſunt, ſed non in eo perpendiculo, quod per ejus medium tranſit.

DETERMINATIO CASUUM.

Peripheriæ circulorum ab extremis alicujus rectæ lineæ tanquam centris deſcriptorum, vel per extrema poſitæ lineæ tranſibunt, quod tunc accidet quando illorum radii poſitę lineæ æquabuntur, ut in 1ª figura; Vel poſitam lineam ſecabunt, quod tunc accidet quando illorum radii dictâ lineâ minores erunt, ut in 2ª figura; Vel tan-

dem extra positam lineam excurrent, quod tunc accidet quando illorum radij prædictâ lineâ majores erunt, ut in 3ª figura. In omnibus autem istis casibus eadem est constructio, eademque demonstratio.

DATUM I.

Dentur circuli ab extremis datæ A B descripti, & intersecantes se, quorum alii transeant per datæ rectæ extrema, A & B, & invicem æquantur ut in 1ª figura: Alii autem datam A B secent, & inter se sint æquales ut in 2ª figura: Alii tandem inter se pariter æquales extra datam A B excurrant, ut in 3ª figura; & sint intersectionum puncta C & D.

QUÆSITUM I.

Dico hæc intersectionum puncta C & D reperiri in perpendiculo, per medium subjectæ A B transeunte.

CONSTRUCTIO.

Ab extremis punctis datæ A & B, ad intersectionum puncta C & D ducantur in omnibus figuris lineæ A C, B C, A D, B D, & C D.

DEMONSTRATIO.

In tribus primis figuris descripti bini circuli invicem æquantur (*ex hypothesi*) Ergo in omnibus figuris binæ rectæ, ab extremis datæ lineæ, hoc est à descriptorum æqualium circulorum centris A & B, ad eorum circumferentias, sive ad puncta C, & D ubi se intersecant, protensæ invicem æquantur (*ex definitione circulorum æqualium*). Igitur in omnibus figuris puncta, ubi binæ æquales rectæ, supra datam rectam A B conveniunt, videlicet nominata circularium intersectionum puncta C & D in perpendiculo per medium datæ subjectæ A B trensеunte posita sunt, ex notitia generationis perpendiculi ut volebat propositio.

DATUM II.

Dentur inæquales circuli ab extremis A & B, tanquam centris descripti, & interseantes se in punctis C & D.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [122] - 100
PUBLIC DOMAIN

QUÆSITUM.

Dico hæc interſectionum puncta C & D reperiri in ſitu alicujus perpendiculi, rectam A B ſecantis quidem, ſed per illius medium non tranſeuntis.

DEMONSTRATIO.

Ambæ rectæ A C , A D (*vide ultimam fig.*) cùm ſint ejuſdem circuli radij invicem æquantur (*ex definitione circuli*) ſimiliter ambæ B C, B D cùm ſint etiam ejuſdem circuli radij inter ſe æquales ſunt (*per eandem definitionem*) & ab extremis C, & D ſupra rectam C D concurrunt in punctis A & B. Ergo concurſus puncta B & A in perpendiculo per medium ſubjectæ C D tranſeunte poſita ſunt ut ſupra. Quare recta A B perpendiculariter inſiſtit medio rectæ C D, vel potius perpendiculum eſt per medium baſis C D tranſiens (recta enim linea in eodem cum extremis ſitu ponitur ut ex ejus definitione apparet). Igitur etiam recta C D perpendiculariter inſiſtit rectæ A B; ſubjecta enim ut in perpendiculi difinitione oſtenſum eſt ad ſuum perpendiculum perpendicularis eſt. Jam verò quoniam minoris circuli radij A C & A D minores ſunt majoris ex hypotheſi circuli radiis D B & B C ; Ergo punctum A, ubi minores illi radii in perpendiculo A B per medium ſubjectæ C D tranſeunte conveniunt, minus diſtat ab ejuſdem ſubjectæ medio puncto O quàm punctum B, ubi majoris circuli radii C D & D B in dicto perpendiculo A B coincidunt. (*Ex probatis ad definitionem perpendicularis.*) Igitur recta B O minor eſt rectâ O B. Quapropter perpendiculum C D per punctum O tranſiens rectam A B in medio non ſecat, & conſequenter interſectionum puncta C & D in perpendiculo rectam A B ſecante quidem, ſed per ejus medium minime tranſeunte poſita ſunt, ut erat oſtendendum.

COROLLARIUM I.

Ex hujus propoſitionis demonſtratione generalis habetur methodus perpendiculum ad propoſitam rectam lineam erigendi.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [123] - 101
PUBLIC DOMAIN


CASUS I.

Ut si ad datam in superioribus figuris rectam lineam A B perpendiculum utcumque erigere oporteat. Descriptis ab illius extremitatibus tanquam centris, & ad quamcumque distantiam circulis vel æqualibus, vel inæqualibus dummodo se intersecent, connexisque recta linea intersectionum punctis, hæc connectens recta perpendicularis erit ad positam A B.

CASUS II.

Si verò punctum in proposita recta linea signetur, acceptis hinc inde duobus punctis ab assignato puncto æquidistantibus, (quæ quidem æquidistantia capietur describendo circulum ab assignato puncto tanquam centro, & ad quamlibet distantiam) factisque ab inventis punctis tanquam centris, & intervallo quocumque duobus circulis æqualibus, & intersecantibus se, (ut in primis tribus figuris factum vides) reliqua fiant ut priùs, & habebitur intentum, ut ex probatis apparet.

CASUS III.



At si datum punctum supra datam rectam extiterit. Ut si à puncto K supra datam rectam *m n* posito perpendiculum in subjectam *m n* demittere oporteat.

Centro K describatur arcus *m n* secans datam *m n* in punctis *m*, *n*. Deinde centris *m* & *n* & ad quamlibet distantiam, describantur æquales circuli intersecantes se, vel in dato puncto K, vel supra ipsum, vel infra, nihil enim refert, dummodo intersecantes circuli invicem æquentur. Ultimo connexis rectâ lineâ intersectionum punctis B & K, probabitur, ut jam factum est, connexam B K perpendiculariter insistere rectæ *m n*, secundum propositionis intentum.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [124] - 102
PUBLIC DOMAIN

CONSECTARIUM.

Iam facile est nobis cum Galilæo geometricè demonstrare tres solùm reperiri magnitudinum species, nempe longitudinem, latitudinem & profunditatem, sive altitudinem, hoc est à tertia dimensione ad quartam transitum non dari.

DEMONSTRATIO.

Recta sola, non verò curva (ut ad rectæ lineæ definitionem annotavimus) punctorum distantias determinat; tum quia recta est omnium brevissima; tum quia unica, & sola determinata est; cùm aliæ sint infinitæ, inæquales, & longiores: determinatio verò ex eo fieri debeat quod est unum, atque certum. Sic ergo rectam lineam habemus pro determinatrice longitudinis inter duos terminos.

Jam si rectæ cuipiam lineæ, pro longitudine positæ, parallelam rectam ducamus, & ex puncto in recta linea, quæ longitudinem designat, assumpto, interjectæ inter dictas lineas superficiei latitudinem metiri velimus, ducenda erit recta linea, quæ ad positam pro longitudine lineam perpendiculariter insistat, hæc enim brevissima est, & unica ex infinitis majoribus, & inter se inæqualibus, quæ ad alia, atque alia oppositæ lineæ puncta duci possunt. Hactenus igitur habemus quod prima dimensio, sive longitudo determinetur rectâ lineâ: Secunda verò, hoc est latitudo, aliâ, non solùm rectâ, verùm etiam perpendiculariter insistente alteri, longitudinem determinanti.

Quod si ab eodem fixo termino, subjecti plani, inter duas jam ductas lineas contenti distantia ab alio quodam parallelo plano, in sublimi posito capienda sit, ex illo sublimi plano ducenda erit utique recta linea ab subjectum planum perpendicularis, cùm ipsa sit brevissima omnium, quotquot ex eodem sublimis plani puncto ad subjectum planum duci possunt.

Quod si ergo punctum aliquod statuas caput, ac ter-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [125] - 103
PUBLIC DOMAIN

minum dimenſionum, ex eoque ducas rectam lineam, primæ dimenſionis, hoc eſt longitudinis determinatricem; neceſſariò altera linea latitudinem definitura primæ illi perpendiculariter, ſive ad angulos rectos inſiſtet; & illa denotatrix altitudinis, ſeu tertiæ dimenſionis, ex eodem progreſſa puncto duabus reliquis etiam perpendiculariter, ſive ad angulos rectos inſiſtet. Atque ita à tribus rectis perpendicularibus, tamquam à tribus lineis, unis, & certis, & breviſſimis determinatas habemus tres dimenſiones, nimirum longitudinem, latitudinem, & profunditatem.

Et quia perſpicuum eſt quod in eodem aſſignato puncto non poſſit alia recta concurrere à tribus jam ductis diverſa (poſſunt enim ab oppoſitis partibus aliæ rectæ his advenire, ſed cùm rectà concurrere deberent, ideò primarum tantùm productiones forent) quæ ipſis perpendiculariter inſiſtat; cumque dimenſiones à ſolis rectis lineis, ſibi invicem perpendicularibus, determinari debeant, ex eo ſequitur dimenſiones, ſive magnitudinum ſpecies; quæ ſic appellantur, tribus plures non eſſe, ut erat oſtendendum.

COROLLARIUM II.

Sequitur adhuc ex hujus propoſitionis demonſtratione rectam AB, in primis tribus figuris, æquibiſecari à recta CD, nam oſtenſum eſt rectam CD perpendiculum eſſe per medium ſubjectæ AB tranſiens.

COROLLARIUM III.

Conſtat etiam ex hujus propoſitionis demonſtratione angulum CBD in prima & ultima figuris, & arcum CAD æquibiſecari in A, per rectam AB.

Nam probatum eſt rectam AC æquari rectæ AD. Atque cùm æquales hæ rectæ ſubtendant ejuſdem circuli arcus AC, AD. Igitur dicti arcus AC, AD ab æqualibus rectis ſubtenſi, inter ſe propterea æquales ſunt (*ex probatis ad definitionem circuli*). Et conſequenter angulus ABC æquabitur angulo ABD. Quapropter angulus CBD & arcus CAD bifariam diviſus eſt ſecundùm propoſitionis intentum.

Atque

Atque ex his duobus corollariis generalis methodus elicitur datam rectam lineam; vel angulum rectilineum, vel circuli datum arcum æquibiſecandi.

PARS I.

Ut ſi recta AB. (*vide tres primas figuras*) æquibiſecanda proponatur. Deſcriptis ab illius extremitatibus A & B quibuſlibet circulis æqualibus, dummodo ſe interſecent, connexiſque rectâ lineâ interſectionum punctis, hæc connectens recta propoſitam AB æquibiſecabit, ut patet ex probatis.

PARS II.

Vel ſi (*ut in prima & ultima figuris*) detur angulus CBD æquibiſecandus. Centro B, ad quamlibet diſtantiam BC fiat arcus CAD, ſecans alterum latus BD, ſi opus eſt productum, ductâque CD demittatur à vertice B, in ductam CD, perpendiculum (ex proximè tradita methodo) ſecans deſcriptum arcum in A, & erit ∠lus CBD bifariam diviſus per rectam BA, ut patet ex hoc tertio corollario.


PARS III.

Vel ſi (*in eiſdem figuris*) detur arcus CAD bifariam dividendus. Ductâ CD rectâ lineâ, æquibiſectâque per perpendiculum BA, datum arcum attingens in A. Probabitur, ut jam factum eſt, ad definitionem perpendicularis omnes rectas, ab extremis rectæ CD, ad aliquod perpendiculi in ejus medio erecti punctum protenſas invicem æquales eſſe. Igitur rectæ AC, AD, & conſequenter ab eis ſubtenſi arcus AC, AD inter ſe æquantur, ut erat oſtendendum.

APPENDIX.

Ex inventione puncti in recta linea medij, & ex ciruli natura methodus elicitur rectam lineam datæ rectæ æqualem ad quodlibet datum punctum apponendi.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [127] - 105
PUBLIC DOMAIN



DETERMINATIO CASUUM.

Datum punctum vel extra datæ lineæ positionem existet, vel in ipsius vestigio situm erit, vel certè in ipsamet reperietur, & tunc vel erit unum extremorum datæ lineæ, vel inter utrumque jacebit extremum.

CONSTRUCTIO, ET DEMONSTRATIO IN I° CASU.

Si datum punctum fuerit unum extremorum datæ rectæ lineæ, tunc à dato illo puncto tanquam centro, & intervallo datæ rectæ fiat circulus, à cujus centro, hoc est à dato puncto ad peripheriam ducatur quælibet recta, & erit absolutum negotium; nam tunc illa, & quæcumque alia sic ducta datę rectæ æquabitur, & quæstioni satisfaciet, sicut evidens est ex definitione circuli.

SECUNDUS CASUS.

Jam detur recta A B, & punctum O vel in ipsius vestigio situm, ut in prima figura, vel inter utrumque jacens extremum, ut in secunda figura.

QUÆSITUM.

Oportet ad punctum O rectam lineam O D ponere, quæ datæ A B sit æqualis.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [128] - 106
PUBLIC DOMAIN

CONSTRUCTIO.

Datâ AB indefinitè productâ æquibisecetur segmentum BO in puncto C, à quo ut centro, radio verò AC describatur circulus, secans AB productam in puncto D.

FACTUM I.

Dico rectam OD æquari datæ AB.

DEMONSTRATIO.

Radii AC, CD invicem æquantur ex definitione circuli, necnon per fabricam rectæ OC, CB; Ergo ab æqualibus AC, CB demptis æqualibus OC, CB, residuæ AB, OD in prima figura æquantur inter se; vel æqualibus AC, CD adjectis æqualibus OC, CB totales AB, OD in secunda figura æquales erunt inter se. Quod erat ostendendum.


III. CASUS.

Postremò detur recta AE extra cujus vestigium assignetur punctum O ut in duabus ascriptis figuris. Jungantur puncta A & O rectâ lineâ AO indefinitè productâ in qua mensuretur AB æqualis datæ AE, & reliqua fiant ut priùs, eritque OD æqualis AB sive AE.

CONSECTARIUM.

Hinc modus habetur ex datis duabus rectis inæqualibus à majore lineam minori æqualem abscindendi.

DEMONSTRATIO IN 1° CASU.



Si propositæ rectæ in idem punctum coincidant; tunc à puncto coincidentiæ tanquam centro, & datæ minoris rectæ intervallo descriptus circulus ex majore linea radium abscindet datæ minori rectæ æqualem, ut evidens est ex natura circuli.

CASUS II.

Si verò propoſitæ lineæ inter ſe diſtent, tunc ad unum datę majoris lineæ finem recta quędam linea datæ minori æqualis, juxta præcedentem doctrinam, apponatur, & ab accepto majoris lineę fine, tanquam centro, radio verò appoſitam lineam, id eſt datam minorem ęquante deſcriptus circulus, ex majore linea radium abſcindet, ut priùs, appoſitæ lineę, ſive datę minori ęqualem, ut erat faciendum.

CONSECTARIUM II.


Ex eadem methodo, rectam nempe lineam datæ rectæ æqualem ad quodlibet punctum apponendi, praxis enata eſt per quam exiſtente poſſibili inſcriptione data quæcumque rectæ linea in dato circulo inſcribitur.

CONSTRUCTIO, ET DEMONSTRATIO.

Ab accepto quolibet in dati circuli peripheria puncto tanquam centro, intervallo verò datam rectam ęquante deſcriptus circulus dati circuli peripheriam attinget, aut ſecabit in aliquo puncto: (nam ſi neutrum faciat, manifeſtum eſt datam rectam in dato circulo inſcribi non poſſe.) Jam ſi ab accepto puncto ad contactus vel ſectionis terminum recta ducatur, ipſa erit inſcripta quam quęrimus, nam utrimque circuli continget ambitum, & datę rectę ęqualis erit per conſtructionem.

CONSECTARIUM III.

Ad ſignatum in data recta linea punctum, dato angulo rectilineo æqualem angulum rectilineum ponere.



DATUM.

Detur recta AB & in ea punctum C. Detur etiam angulus rectilineus DHE.

QUÆSITUM.

Oportet ad datam rectam AB, & ad datum in ea punctum C angulum ponere, qui dato angulo rectilineo DHE ſit æqualis.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [130] - 108
PUBLIC DOMAIN

CONSTRUCTIO.

Centro H, intervallo quocumque H I, in alterutro latere D H accepto fiat arcus I K, ſecans alterum latus H E in puncto K. Deinde à dato puncto C tanquam centro; ſpatio verò C N æquali rectæ H K, vel H I deſcribatur indefinitus arcus N R. Tum ducatur ſubtendens I K, cui æqualis N R inſcribatur in arcu N R. Tum ducatur C R.

FACTUM.

Dico angulum R C N æquari dato angulo D H E.

DEMONSTRATIO.

Centris H, C, & ſpatiis æqualibus H I, C N deſcripti ſunt æqualium circulorum arcus I K & N R, & factus eſt arcus R N arcui I K æqualis, eo quod ſubtenſæ I K, R N æquantur inter ſe (ex conſtructione & circuli definitione), Ergo factus angulus R C N æquatur angulo dato D H E, ut volebat propoſitio.

CONSECTARIUM IV.

Ex tribus datis rectis lineis, quæ tribus datis æquales ſint, triangulum conſtruere.

DETERMINATIO DATI.

Oportet autem duas quocumque modo ſumptas reliquâ majores eſſe, ex annotatis ad definitionem rectæ lineæ.

CONSTRUCTIO, ET DEMONSTRATIO.

Poſitâ per antecedentem doctrinam quâpiam rectâ lineâ, uni è datis rectis lineis æquali, ab ambobus talis poſitæ extremis, tanquam centris fiant duo circuli, quorum radii datis duabus reliquis rectis lineis ſigillatim æquentur (atque hi duo circuli ſe mutuo ſecabunt propter appoſitam dati determinationem). Jam ſi à deſcriptorum circulorum centris, ſive à poſitæ lineæ extremis, ad punctum ubi circuli ſe interſecant duo radii ducantur, exſurget triangulum, ſub his radiis, & ſub poſita

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [131] - 109
PUBLIC DOMAIN

linea, hoc est per fabricam, & circuli definitionem, sub tribus lateribus, datis tribus rectis lineis sigillatim æqualibus comprehensum, ut erat faciendum.

COROLLARIUM IV.

Ampliùs manifestum est ex hujus elementaris propositionis demonstratione semidiametrum AB (in prima figura) æquibisecare rectam CD, arcum CAD subtendentem, vel in dicti arcus circulo inscriptam, eique perpendiculariter insistere. Hoc enim jam probatum est quamvis aliter enunciatum.

FONS INVENTIONIS.

Quoniam verò patet idem demonstrari posse de quacumque alia subtendente, vel inscripta per centrum circuli non transeunte, videlicet illam æquibisecari à talis circuli radio, vel à diametro (si radius usque ad peripheriam producatur) in illa perpendiculariter insistente.

Hinc formatur, & confirmatur sequens propositio.

Si diameter circuli perpendiculariter secet aliquam rectam in ipso circulo inscriptam, vel ipsius circuli arcum subtendentem, illam æquibisecabit, & si æquibisecet eidem perpendiculariter insistet.

DATUM.

In ultima figura diameter AH vel semidiameter AB (nihil enim interest) perpendiculariter secet aliquam rectam CD, arcum CAD subtendentem.

QUÆSITUM.

Dico rectam CD bifariam secari à semidiametro AB.

CONSTRUCTIO.

Centro B ad extrema subtendentis C & D agantur, ut priùs, rectæ BC, BD.

DEMONSTRATIO.

Punctum B reperitur in situ perpendiculi, per medium subjectæ CD transeuntis, & plura perpendicula

ab eodem puncto ad eandem lineam duci nequeunt, (*ut oſtenſum eſt ad definitionem perpendiculi*). Ideò recta AB ad rectam CD perpendicularis (*ex hypotheſi*) per medium ſubjectæ CD tranſibit. Igitur illam æquibiſecabit.

2°, Quoniam recta CD æquibiſecari ponitur à recta BA, ideò punctum O ubi nominata CD attingitur à radio AB, in medio ejuſdem rectæ CD conſiſtit; ſed punctum B etiam in medio rectæ CD reperitur: tota ergo BA in medio ſubjectæ CD poſita eſt, & conſequenter ipſi perpendiculariter inſiſtit, ex probatis ad definitionem perpendiculi.

CONSECTARIUM I.

Si in circulo duæ rectæ non per centrum extenſæ ſe ſe mutuo ſecent, ſe ſe inæquibiſecabunt.

DEMONSTRATIO.

Si enim ſe æquibiſecarent ſequeretur actam à talis circuli centro ad earum interſectionis punctum lineam utrique earum medietati perpendiculariter inſiſtere. Unde concluderetur partialem angulum ſuo totali angulo coæquari, quod eſt impoſſibile. Quum ergo ſecantes ſe in circulo lineæ non per centrum extenſæ æquibiſecari ſe invicem nequeant ob allatas rationes, ſupereſt ut ſe ſe inæquibiſecent ſecundum propoſitionis intentum.

CONSECTARIUM II.

Si in circulo perpendicularis quædam recta rectam aliam, circuli arcum ſubtendentem æquibiſecet, in illa æquibiſecante circuli centrum poſitum eſt.

DEMONSTRATIO.

Quocumque loco circuli centrum exiſtat definitio circuli nos admonet ductas ab ejus centro ad alicujus ſubtendentis extrema, hoc eſt ad ambitum circuli, rectas lineas inter ſe æquales fore. Igitur circuli centrum quocumque loco ſitum in aliquo perpendiculo per alicujus

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [133] - 111
PUBLIC DOMAIN

ſubtendentis medium tranſeunte ſemper exiſtit. Atqui unicum perpendiculum per cujuſlibet ſubtendentis medium tranſiens, ſive ſubtendentem æquibiſecans duci poteſt, ut ad perpendiculi definitionem demonſtratum eſt; in ducta igitur recta linea quamlibet ſubtendentem æquibiſecante circuli centrum poſitum eſt, ut erat oſtendendum.

CONSECTARIUM III.

Atque hinc deducitur methodus circuli centrum inveniendi.

CONSTRUCTIO, ET DEMONSTRATIO.

Aſſumpto enim propoſiti circuli quolibet arcu, ductâque ipſius ſubtensâ, æquibiſecetur illa ſubtenſa per aliquam perpendicularem, eò uſque productam, donec utrimque circuli contingat ambitum. Jam in illa æquibiſecante circuli centrum poſitum eſſe neceſſariò demonſtratur ex antecedentibus; nec alibi quàm in ejus medio ſitum eſſe oſtenditur ex definitione circuli; æquibiſectâ itaque illa perpendiculari habetur intentum, nam æquibiſectionis punctum centrum eſt quod quæritur.

Vel aſſumpto adhuc alio quovis arcu, ductâque ipſius ſubtensâ, æquibiſecetur illa, ut ſuprà, per aliquam perpendicularem, in qua circuli centrum poſitum eſſe ſimiliter oſtendetur. Duæ igitur perpendiculares in circuli centro ſibi invicem occurrunt, & cùm in unico puncto linearum fiat occurſus. Igitur punctum interſectionis illarum erit neceſſariò quæſitum circuli centrum.

APPENDIX.


Ex ultima hujus demonſtrationis parte manifeſta fit ſequens propoſitio.

Si in circulo acceptum fuerit punctum aliquod à quo ad peripheriam cadant plures quàm duæ rectæ lineæ æquales, acceptum punctum centrum eſt ipſius circuli.

DATUM.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [134] - 112
PUBLIC DOMAIN

DATUM.



Ab assumpto puncto O in proposito circulo cadant ad peripheriam plures quàm duæ rectæ æquales O A, O B, O C.

QUÆSITUM.

Dico punctum O centrum esse propositi circuli.

CONSTRUCTIO.

Ducantur rectæ A B, & B C, in quas demittantur perpendicula O*g* & O E producta usque ad H, & *f*.

DEMONSTRATIO.

Perpendicula H *g* & *f* E per subtensarum A B, B C media ttanseunt, ob positam supraſtantium linearum O A, O B, nec non O B, O C æqualitatem: & in puncto O se intersecant, propter constructionem; Ergo in intersectionis puncto O propositi circuli centrum positum est, ex probatis, id est punctum O propositi circuli centrum est. Quod erat ostendendum.

Atque hinc *Methodus habetur per data tria puncta non in directum posita circulum ducendi.*

Et *Dato circuli arcu ipsum circulum describendi, cujus arcus est.*

Ut si datis in præcedenti figura tribus punctis A, B, C, non in directum positis; vel dato arcu A B C, circulum describere oporteat, per data tria puncta A, B, C, transeuntem, vel in cujus circumferentia datus arcus reperiatur. Sumptis in arcu A B C tribus punctis A, B, C, ducantur rectæ, A B, & B C, ac reliqua fiant ut priùs, & habebitur intentum.

CONSECTARIUM.

Circulus circulum in pluribus, quàm duobus punctis non secat.

Sumpto enim cujusvis intersecantium se invicem circulorum centro; ductisque ab illo ad tria (si tot, vel plura esse dicantur) intersectionum puncta rectis lineis, sequeretur inventum unius circuli centrum, etiam alterius circuli centrum esse; quoniam ab illo puncto plures quàm duæ rectæ æquales ad ejus peripheriam, sive ad intersectionum puncta caderent, & sic ambo circuli omni ex parte congruentes, se se propterea non secarent, contra hypothesim.

FONS INVENTIONIS.

Quoniam verò $\triangle^{li}$ Æquilateri, vel Isoscelis latera invicem æqualia sunt *(ex eorum definitione)* si igitur à verticibus talium $\triangle^{lorum}$ tanquam centris, spatio verò unius æqualium laterum describatur circulus, necessariò transibit per extremum alterius æqualis lateris. Unde basis fiet subtensa alicujus arcus, in descripti circuli peripheria existentis: demissum verò à vertice ad basim perpendiculum, & ad circumferentiam descripti circuli productum, erit semidiameter dicti circuli. Unde talis oritur propositio.

In triangulo Æquilatero, vel Isoscele perpendiculum, ab angulo duobus æqualibus lateribus comprehenso, in basim demissum, illam, & dictum angulum æquibisecat, & contra.


Hoc enim idem est, quod prius ostensum fuit, licet aliter enuncietur.

Ex hoc etiam corollario quarto confirmatur sequens propositio.

Triangula rectangula, quorum singula latera singulis lateribus æquantur, æquiangula sunt, & æqualia.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [136] - 114
PUBLIC DOMAIN

DATUM.



Proponantur triangula rectangula A B C, & E *f g*, quorum singula latera singulis lateribus æqualia sint, videlicet B C ipsi *f g*. Ac ipsi E *g*, atque A B ipsi E *f*.

QUÆSITUM.

Demonstrandum 1° est Δ^{la} A B C, & E *f g* inter se æquiangula esse, videlicet $\angle^{um}$ 1 Π $\angle^{lo}$ 4. & $\angle^{lum}$ 3 Π $\angle^{lo}$ 6. Rectos autem $\angle^{los}$ 2 & 5 inter se æquales esse, manifestum est ex illorum definitione.

CONSTRUCTIO.

Centris C & *g*, radiis verò C A, ac *g* E fiant arcus A P, E O, secantes latera C B, *g f*, producta in P, & in O, ducanturque subtensæ A P, E O.

DEMONSTRATIO.

Latus A C, sive P C ponitur æquale lateri E *g*, sive O *g*, & pars B C, parti *f g*. Ergo reliquum B P æquatur reliquo O *f*. Sed $\perp^{lum}$ A B ponitur etiam æquale $\perp^{lo}$ E *f*. Igitur rectæ A P, & E O, connectentes $\perp^{la}$ A B, B P, atque E *f*, *f* O, singula singulis æqualia, inter se propterea æquales sunt.

Quoniam verò eædem connexæ A P, E O circulorum, (propter positam radiorum C A, & *g* E æqualitatem) æqualium; Ideò arcus A P, & E O æquales sunt. Ergo ab his arcubus mensurati anguli 3 & 6 invicem æquantur. Idem, & per eandem constructionem ostendetur de $\angle^{lis}$ 4 & 1, eos videlicet inter se æquari, ut patet. Ergo cum 7^{li} 5 & 2 etiam æquales sint, ut pote recti, proposita Δ^{la} A B C & E *f g* æquiangula sunt.


DEMONSTRATIO SECUNDÆ PARTIS.

Si propoſita $\triangle^{\text{ta}}$ ABC & E*fg* inter ſe æqualia non ſunt, procul dubiò ſuper uno alterutrius $\triangle^{\text{li}}$, putà poſterioris E*fg* latere *fg* conſtitui poterit aliud $\triangle^{\text{lum}}$ priori ABC æquale, æquilaterum, & æquiangulum, quod idem ſpatium non claudet quàm $\triangle^{\text{lum}}$ E*fg*, baſi *fg* ſuperimpoſitum; quoniam propoſita $\triangle^{\text{la}}$ inæqualia dicuntur. Quod eſt impoſſibile, nam quum à puncto *f* ad baſim *fg* unicum $\perp^{\text{lum}}$ duci poſſit, ideò deſcribendi $\triangle^{\text{li}}$ $\perp^{\text{lum}}$, quod æquale eſſe debet $\perp^{\text{lo}}$ AB, id eſt $\perp^{\text{lo}}$ E*f*, idem omninò erit cum ipſo $\perp^{\text{lo}}$ E*f*. Quare & reliquum ejus latus idem cum latere E *g*, ob naturam rectæ lineæ. Ergo propoſita $\triangle^{\text{la}}$, eò quod inter ſe æquilatera ſunt, & æquiangula, ut oſtenſum eſt, etiam æqualia fieri neceſſe eſt.

CONSECTARIUM I.

Hinc ſequitur Iſoſcelium triangulorum angulos, ad baſim exiſtentes, inter ſe æquari.

DATUM.



Proponatur $\triangle^{\text{lum}}$ Iſoſceles *b c d*.

QUÆSITUM.

Dico $\angle^{\text{los}}$ *b d c*, *b c d* ad baſim *c d* exiſtentes inter ſe æquari.

CONSTRUCTIO.

A puncto *b*, in baſim *d c* demittatur $\perp^{\text{um}}$ *b p*.

DEMONSTRATIO.

Æquilateriſmus eſt inter orta per fabricam duo $\triangle^{\text{la}}$ rectangula *b d p*, & *b c p* (nam latus *b d* æquatur lateri *b c*, propter poſitum in his lateribus Iſoſceliſmum, & latus *d p* lateri *c p* propter factam in baſi *d c* à $\perp^{\text{lo}}$ *b p* æquibiſectionem ad punctum *p*, ſicut oſtenſum eſt in hac elementari propoſitione, latus autem *bp* commune eſt.) Ergo æquiangula ſunt inter ſe per antè probata, & conſequenter correſpondentes anguli *b d p*, & *b c d* æquales ſunt. Quod erat demonſtrandum.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [138] - 116
PUBLIC DOMAIN

CONSECTARIUM II.

Hinc etiam sequitur Triangula quæcumque inter se æquilatera, & inter se æquiangula esse, & æqualia.

DEMONSTRATIO.

Nam ex probatis ad definitionem perpendiculi demonstrabitur unumquodque propositorum Δ^{lorum}, demissis in eorum bases $\perp^{lis}$, dividi in duo Δ^{la} rectangula inter se æquilatera, atque ex mox probatis æquiangula, & æqualia. Sed horum partialium Δ^{lorum} iidem omninò sunt anguli quàm propositorum, ut manifestum est. Proposita ergo Δ^{la} inter se æquiangula sunt, & æqualia, ut erat ostendendum.

COROLLARIUM V.

Apparet etiam ex hujus elementaris propositionis constructione triangula A B C, *&* A D B, *in* 1ª *figura existentia esse æquilatera; reliqua verò in cæteris præter ultimam figuris, & iisdem notata literis, esse isosceli a.*

Nam quoniam circuli primæ figuræ inter se æquantur, ex hypothesi; ideò tres rectæ A B, A C, C B, ab ipsorum centris ad peripherias extensæ æquales sunt. Ergo Δ^{lum} ABC est æquilaterum. Idem quoque dicetur de Δ^{lo} A D B.

In 2ª verò, & 3ª figuris ostensum est rectas A C, & B C inter se æquari, nec non rectas A D, B D inter se, (*per circuli definitionem.*) Quare cùm ex hypothesi quælibet harum rectarum minor sit datâ basi A B, ut in 2ª figura, vel eâdem basi A B major existat, ut in 3ª figura; ideò Δ^{la} A B C, & A B D Isosceli a sunt.

CONSECTARIUM.

Atque hinc deducitur *Methodus generalis Triangulum Æquilaterum vel Isosceles describendi.* Cujus praxis ex sola figurarum inspectione fit manifesta.

Alio etiam modo triangulum Isosceles describi potest.

Ut constituto super data quavis recta linea Δ^{lo} æquilatero, & ab uno ex ejus $\angle^{lis}$ ductâ, & in infinitum pro-

ductâ perpendiculari, ejus basim æquibisecante; si ad hujus perpendicularis aliqua puncta tam supra, quàm infra verticem sumpta ab extremis baseos rectæ lineæ ducantur, generabuntur hac ratione $\triangle^{la}$ Isoscelia varii generis, ut ex annotatis ad definitionem perpendicularis appareret.


Si verò scalenum $\triangle^{lum}$ *supra datam quamlibet rectam construere libeat.*

Descripto ab una datæ rectæ extremitate circulo, & intervallo datam lineam superante, factoque ab altera datæ rectæ extremitate circulo, priorem secante intervallo verò datâ lineâ minore, si â dictis exremis ad intersectionis punctum ducantur duæ rectæ, orietur hac ratione scalenum $\triangle^{lum}$, ut manifestum fit ex definitione circuli.

COROLLARIUM VI.

Ex natura $\angle^{li}$, & explicata methodo $\angle^{um}$ rectilineum dato angulo rectilineo æqualem ad quodvis punctum apponendi, talis efficitur & confirmatur propositio.

In omnibus triangulis, quibus duo latera, sigillatim sumpta, æqualia sunt, bases basibus æquantur, quando anguli, ab his lateribus sigillatim æqualibus comprehensi, inter se sunt æquales: quando verò tales anguli inæquales existunt, bases etiam inæquales sunt; & major quidem ea, quæ majorem angulum sustinet, minor verò, quæ minori angulo subtenditur.



PRIMA PARS.

CONSTRUCTIO ET DEMONSTRATIO IN Io CASU.

Si proposita $\triangle^{la}$ Isoscelia sint, ut in 1a, & 2a, figuris

nihil erit difficultatis. Factis namque ab angulorum, æqualibus lateribus comprehenſorum, verticibus, quaſi centris, & laterum æqualium intervallo, circulis, arcus inter eorum latera comprehenſi æquales erunt, propter poſitam tum laterum, tum angulorum ab his comprehenſorum æqualitatem. Unde horum arcuum æqualium ſubtenſæ, quæ dictorum △lorum baſes ſunt, inter ſe æquantur (*ex probatis ad definitionem circuli*).

PRIMA PARS.

CONSTRUCTIO, ET DEMONSTRATIO IN 2°, CASU.

Jam ſi in propoſitis △lis unum ex lateribus altero majus ſit, ut in 3ª, & 4ª figuris. Ab altera parte majorum laterum, & ad ipſa majora latera, in punctis æqualium angulorum, à dictis lateribus comprehenſorum, fiant anguli nominatis angulis æquales. Jam uterque auctus angulus æqualis erit; cùm uterque ſit duplus angulorum ex hypotheſi æqualium. Si igitur ab horum æqualium angulorum verticibus quaſi centris, intervallo verò minorum laterum, ex hypotheſi æqualium, arcus inter ipſorum latera interceptos deſcribas, erunt hi arcus æquales inter ſe. Quamobrem & horum arcuum ſubtenſæ invicem æquabuntur. Sed has ſubtenſas æquibiſecat majus propoſitorum △lorum latus, propter poſitam ∠lorum ex utraque talis lateris parte exiſtentium æqualitatem; erit ergo tale latus ad ipſas ſubtenſas perpendiculare. Quoniam autem ſubtenſæ inter ſe æquantur, ut probatum eſt, & ab ipſarum extremitatibus, ad ⊥um, in earum medio erectum, ductæ rectæ lineæ, hoc eſt, deſcriptorum arcuum radii inter ſe æquales ſunt. Igitur perpendicula, à punctis in quo radii concurrunt, in ſubtenſas demiſſa inter ſe æquantur. Sed illa perpendicula partes ſunt majorum laterum, per hypotheſim æqualium; ablatis ergo ab his, nominatis partibus æqualibus reſidua majorum æqualium laterum invicem æquabuntur. Atqui reſiduæ illæ lineæ æquales perpendicula habent æqualia, mediatates nempe dictarum ſubtenſarum. Ergo rectæ lineæ, ab extremis talium ⊥lorum ad extrema reſiduarum ex majo-

ri latere linearum, extensæ, quæ dictorum △lorum baſes ſunt, inter ſe æquantur. Quod erat primo loco oſtendendum.

II. PARS.

In duabus ultimis figuris ſi angulus in 5a major ſit eo angulo, qui à lateribus ſigillatim æqualibus in 4a figura comprehenditur; quoniam ſubtenſa 5æ figuræ major eſt ſubtensâ 4æ, propter poſitam dictorum angulorum inæqualitatem, & rectę, ab harum ſubtenſarum extremis ad ⊥la, in earum medio poſita, ductæ æquales ſunt ex hypotheſi; ideò ⊥lum, quod à concurſu duarum rectarum ſupra majorem ſubtenſam exiſtentium in illam majorem demittitur, ut in 5a figura accidit, minus eſt ⊥lo, quod à concurſu duorum radiorum ſupra minorem ſubtenſam exiſtentium in illam minorem cadit, ut in 4a figura: & quia inæqualia illa ⊥la partes ſunt majorum in dictis △lis laterum, per hypotheſim æqualium; ablato ergo minori ⊥lo à majore latere in 5a fig. reſidua linea major erit eâ, quæ poſt ablatum ab æquali latere majus ⊥lum in 4a fig. ſupereſt.

Ultimò quoniam reſidua linea quintæ figuræ major eſt reſiduâ lineâ quartę, & ⊥lum ſeu ſubtenſæ medietas in 5a figura majus eſt ⊥lo, hoc eſt ſubtenſę medietate, in 4a; Igitur in 5a fig. recta linea majorem reſiduam cum majore ⊥lo connectens, & quæ propoſiti in 5a fig. △li baſis eſt, major erit rectâ lineâ minorem quartę fig. reſiduam lineam cum minore ⊥lo nectente, hoc eſt baſe △li in 4a fig. propoſiti. Quod erat 2o loco probandum.

APPENDIX.

Quoniam in 1a parte hujus probatum eſt △la, quibus duo latera ſigillatim ſumpta, & anguli, ab his lateribus comprehenſi, invicem æquantur, baſes habere ęquales; igitur hujuſmodi △la inter ſe ęquilatera ſunt; ergo etiam ęqualia, & ęquiangula per antè probata.

COROLLARIUM VII.

Ex ⊥li natura manifeſtum eſt (*vide* 4am *figuram propoſitionis*

positionis elementaris) punctum O, in quo perpendiculum BO subtensam CD contingit, intra circulum BDC cadere, quoniam perpendiculum brevius est utrolibet radiorum dictam subtensam concludentium, & consequenter ad peripheriam usque non pertingit, hoc est, ejus extremum punctum O, quod subtensæ CD medium efficit, intra circulum cadit. Sed omnes rectæ lineę, à centro circuli ad quælibet dictæ subtendentis puncta, ultimis exceptis, productæ utrolibet concludentium radiorum etiam breviores sunt, quippe perpendiculo BO propiores (ut probatum est ad circuli definitionem). Ipsæ igitur extremis suis peripheriam non attingunt; & ideò cuncta dictæ subtensæ puncta ultimis exceptis, quæ linearum, intra nominatos radios concluſarum, extrema sunt, intra circulum cadunt.

Atque hinc formatur, & confirmatur sequens propositio.

Si quilibet arcus, vel duo quævis puncta in circuli peripheria sumantur, recta sumptum hunc arcum subtendens, vel accepta hæc puncta connectens, intra circulum cadit.

ut probatum est.

CONSECTARIUM I.

Eodem artificio probabis rectam, diametri, sive radii extremitati perpendiculariter insistentem, totam extra circulum cadere, & ipsum in unico puncto contingere.

Nam si ex utraque perpendicularis radii parte rectas lineas, à circuli centro, in rectam diametro perpendicularem demittas, tunc perpendicularis radius semper erit demissâ qualibet remotiore lineâ brevior. Quare cùm perpendicularis radius extremitate sua circuli peripheriam attingat, omnes ab hoc ⊥lo remotæ rectæ, & ipso propterea ⊥lo longiores, extra circuli peripheriam protenduntur; & consequenter omnes omnium rectarum linearum à centro circuli in rectam diametro perpendicularem demissarum fines, excepto perpendicularis diametri termino, sive quod idem est, omnia rectæ lineæ diametro perpendiculariter insistentis puncta, præter

unicum, in circuli peripheria positum, videlicet ipsius perpendicularis diametri, sive radii finem, extra circuli peripheriam jaceant necesse est.

Enimverò si recta linea, quæ circulum in uno puncto tangit, in alio adhuc puncto tangere posset, sequeretur ex modò probatis partem illam contingentis, quæ inter illa duo puncta posita foret, intra circulum cadere; quare circulum secaret, contra hypothesim.

Hinc etiam sequitur circuli radium, in rectam circulum ipsum contingentem, & ad contactus punctum, demissum ipsi contingenti perpendiculariter insistere.

Nam ex antecedente consectario fit manifestum, rectam quamlibet circulum contingentem eum in unico puncto tangere, reliqua verò contingentis puncta extra circuli peripheriam posita esse, & quod sequitur, omnes rectas à circuli centro ad contingentem ductiles, excepto perpendiculari radio extra circuli peripheriam longiùs abire, sive ipsas perpendiculari radio longiores esse. Quare circuli radius, contingenti, in ipso contactus puncto occurrens breviſſima erit linea omnium à circuli centro ad contingentem ductilium; Ideoque contingenti perpendiculariter insistet, ut patet ex probatis ad definitionem Ll.

CONSECTARIUM II.

Si circulum quæpiam recta contingat, & à contactu in hanc contingentem Llum excitetur ad partes circuli, in excitato perpendiculo circuli centrum positum est.

DEMONSTRATIO.

Certum est ex proximè demonstratis, actam à circuli centro ad punctum contactus rectam lineam ipsi contingenti perpendiculariter insistere. Atqui ad punctum contactus unicum Llum excitari potest (*ut in libro definitionum conclusum est.*) Igitur in excitato ad contingentem, & ad ipsum contactus punctum Llo circuli centrum inveniri necesse est.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [144] - 122
PUBLIC DOMAIN

APPENDIX I.

Hinc methodus elicitur, in data recta linea circulum contingente, contactus punctum inveniendi.

Demissus enim à circuli centro in datam contingentem perpendicularis radius eam in contactus puncto secabit. Nam probatum est circuli centrum, in ⊥lo supra contingentem & ad contactus punctum erecto, positum esse, nec plura ⊥la ab eodem puncto ad eandem rectam duci possunt. Ductum igitur à circuli centro in propositam contingentem ⊥lum necessariò per quæsitum contactus punctum transibit.

APPENDIX II.

Hinc etiam dependet methodus à dato in circuli peripheria puncto rectam lineam ducendi, quæ datum tangat circulum.

Nam si super ductam à circuli centro ad datum punctum rectam lineam, atque à dato puncto, quod nempe ductæ lineæ extremum est perpendiculum erigatur, absolutum erit negotium. Erecta namque perpendicularis illa datum circulum, in dato puncto continget, ut probatorum necessitas evincit.

APPENDIX III.

Per hoc etiam consectarium facilè probabitur rectam lineam, circulorum intus se contingentium centra nectentem, & quantum opus est productam, in contactum circulorum cadere.

CONSTRUCTIO, ET DEMONSTRATIO.

Ductâ enim per punctum mutui circulorum occursus rectâ lineâ majorem circulum contingente, juxta præcedentem doctrinam. Primò manifestum est ductam hanc ad majorem circulum contingentem rectam lineam, minoris etiam circuli contingentem fore. Nam tota extra majoris circuli circumferentiam cadit, ex notione contingentiæ, quantò magis igitur extra minoris peripheriam, in majoris peripheria concluſam? Deinde ipsum

minorem circulum in dicto mutui circulorum occursus puncto contingit. Quoniam ergo ducta recta linea propositos binos circulos in eodem puncto contingit. Sequitur ex mox probatis ambo contiguorum circulorum centra in eodem (unico dumtaxat existente) $\perp^{lo}$, supra dictam contingentem, & ad punctum mutui circulorum occursus, erecto posita esse: quamobrem recta linea, circulorum intus se contingentium centra connectens, pars est $\perp^{li}$ dictam contingentem in mutui circulorum occursus puncto secantis, & consequenter connectens illa recta linea, quantum opus est producta, nominatum perpendiculum absolvet, hoc est in circulorum contactum cadet. Quod autem ad aliud punctum minimè pervenire possit, inde evidens est, quod duæ rectæ commune segmentum habere nequeant, quod profectò accideret si recta linea propositorum circulorum centra connectens, & in ipsorum contactum cadens, aliorsùm adhuc divergeret. Unde modis omnibus verum est rectam lineam, circulorum intus se contingentium centra nectentem, in contactum circulorum cadere. Quod erat ostendendum.

ELEMENTUM TERTIUM.

ELEMENTARIS PROPOSITIO.

Duæ rectæ lineæ parallelæ sunt quando recta ipsas secans internos, & ab eadem parte constitutos angulos duobus rectis adæquat; vel quando alternos inter se pares efficit; vel quando internum externo contraposito reddit æqualem.

PRIMA PARS.


DETERMINATIO CASUUM.

VEL bini interiores, & ab eadem parte existentes anguli inter propositas rectas à secante generati, necnon per hypothesim duobus rectis æquivalentes, inter se pares sunt; vel certè unus altero major est, quamvis ambo simul sumpti duos rectos adæquent.

DEMONSTRATIO IN Iº CASU.

Utraque propoſitarum rectarum ad ſecantem perpendicularis eſt propter conceſſam ∠lorum à propoſitis rectis lineis ad ſecantem rectitudinem. Quapropter ſumptis propoſitarum rectarum alterutra pro ſubjecta, & ſecante pro perpendiculo parallelarum deſcriptore, punctum in quo altera propoſitarum rectarum à ſecante dividitur, per convenientem ipſius ſecantis, ſive dicti perpendiculi, parallelarum deſcriptoris motionem, rectam lineam deſcribet, alteri lineæ, quæ pro ſubjecta poſita eſt parallelam, & ipſi ſecanti lineæ perpendicularem (*ex notitia generationis perpendiculi*). Atqui ſecunda ex propoſitis lineis, per nominatum punctum tranſiens, ipſi ſecanti perpendiculariter inſiſtit, ut ab hujus demonſtrationis initio concluſum eſt, neque ab eodem puncto ad eandem rectam duo ⊥la dirigi poſſunt (*ex probatis ad definitionem* ⊥li.) Igitur recta linea, quam dictum punctum deſcribet, eadem omninò eſt quàm propoſitarum ſecunda, & conſequenter illa ſecunda primæ pro ſubjecta poſitæ parallela eſt.

SECUNDUS CASUS. DATUM.



Jam recta E H, ſecans rectas A B & CD, internos, & ab eadem parte conſtitutos ∠los 2, & 3 duobus rectis æquales efficiat.

QUÆSITUM. Dico A B = CD.

CONSTRUCTIO.

Biſecetur recta E O in puncto X, à quo in alterutram parallelarum, ut A B ducatur ⊥lum XP: tum facto E R æquali P O agatur X R.

DEMONSTRATIO.

Tam ∠li 2 & 3, quàm ∠li 3 & 4 valent duos rectos (1um *ex hypotheſi*, 2um *ex elemento* 1°.) Ergo ∠li 2 & 3 Π ∠lis 3 & 4; & ablato cummuni ∠lo 3 reliquus ∠lus 2 æquatur reliquo ∠lo 4. Sed latera XE, & ER æquantur lateribus XO, & PO ſigillatim ſumptis (*per conſtructionem*). Quum igitur duo △la EXR, & XPO duo latera duobus lateribus æqualia, & ∠los ab his lateribus comprehenſos æquales habeant, reliqui ∠li, videlicet qui ad P & R exiſtunt, & oppoſiti ad X, nimirum 7 & 9 invicem æquabuntur (*ex probatis in elemento* 3°). Sed ∠lus ad P rectus eſt, propter XP ad AB perpendicularitatem. Ergo ∠lus ad R exiſtens etiam rectus erit. Quoniam verò rectæ PX, & XR, ab oppoſitis rectæ HE partibus ductæ, & ad ipſius punctum X concurrentes contrapoſitos ∠los 7 & 9 æquales efficiunt; Idcircò duæ ductæ PX, & XR unicam PXR conſtituunt, (*ex probatis in elemento* 1°) quæ cùm propoſitas lineas AB & CD ad ∠los rectos ſecet in punctis P & R, ut oſtenſum eſt, ſequitur rectas AB & CD invicem parallelas eſſe, ut priùs.

SECUNDA PARS.

DATUM.

In rectas AB, & CD (*vide ſuperiorem figuram*) cadens recta HE 1° alternos ∠los 2 & 4 inter ſe pares; 2° externum ∠lum 6, oppoſito interno 2 æqualem efficiat.

QUÆSITUM.

Oportet oſtendere AB = CD.

DEMONSTRATIO.

1°, Ex hypotheſi ∠lus 2 Π ∠lo 4, & addito communi ∠lo 3, fient anguli 2 + 3 Π (∠lis 3 + 4 Π) duobus rectis (*per elementum* 1um.) Ergo AB = CD per primam partem hujus.


2°, Ex hypotheſi ∠lus 2 Π (∠lo 6 Π) ∠lo 4; Ergo AB = CD per mox probata.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [148] - 126
PUBLIC DOMAIN

VEL SIC ; Ex hypotheſi $\angle^{lus}$ 6 Π $\angle^{lo}$ 2, & addito commmni $\angle^{lo}$ 3 fient interni $\angle^{li}$ 2 + 3 Π ($\angle^{lis}$ 3 + 6 Π) duobus rectis. Ergo $AB = CD$.

COROLLARIUM I.

Rectæ lineæ eidem rectæ parallelæ, & inter ſe parallelæ ſunt.



DATUM.

Eſto $xc = yD$, & $yD = zf$.

QUÆSITUM.

Dico $xc = zf$.

DEMONSTRATIO.

Ex hypot. eſt $xc = yD$; Ergo $\angle^{lus}$ Bcx Π $\angle^{lo}$ cDy. Pariter ex hypot. eſt $yD = zf$; Ergo ($\angle^{lus}$ cDy Π) $\angle$ Bcx Π $\angle^{lo}$ Dfz, externus interno. Ergo $xc = zf$. Quod erat demonſtrandum.

COROLLARIUM II.

Hinc generalis methodus habetur rectam lineam alteri datæ parallelam, vel utcumque, vel per datum punctum tranſeuntem, vel dato intervallo ab altera diſtantem, ducendi.

Nam 1°, ſi à ſumpto quolibet ſupra datam rectam lineam puncto, quando nullum aſſignatur, vel quando aſſignatur, à dato puncto ad quodvis punctum in data recta linea poſitum agatur recta, ſubjectam datam utcumque ſecans : Atque ad aſſumptum punctum, quod nempe in ſecante ſitum eſt, ponatur $\angle^{lus}$ æqualis uni $\angle^{lorum}$, ad punctum occurſus ductæ ſecantis cum data recta genitorum, ita ut fiant $\angle^{li}$ alterni invicem, vel duo interni, & ab eadem parte conſtituti, duobus rectis æquales, vel tandem ut externus $\angle^{lus}$ interno, & ab eadem parte conſtituto æquetur, erit recta linea dictum $\angle^{lum}$


cum nominata secante, & ad assumptum punctum efficiens datæ rectæ parallela.

2°, Si futurarum parallelarum distantia detur, tunc super datam rectam lineam $\perp^{lum}$ erigatur, in quo mensuretur recta datæ distantiæ æqualis, super quam ab altero ejus extremo perpendicularis ducatur, ea erit datæ rectæ parallela, ut manifestum fit ex probatis.

COROLLARIUM III.

Cujuscumque trianguli tres anguli interni duobus rectis æquantur, & si producatur unum latus, externus angulus duobus internis, & oppositis æqualis erit.

DATUM.



Esto quodvis $\triangle^{lum}$ bCD, cujus unum latus Db producatur usque ad f.

QUÆSITA.

Dico 1° hujus $\triangle^{li}$ tres angulos internos, videlicet $\angle bCD + \angle CbD + \angle bDC$ Π duobus $\angle^{lis}$ rectis.

2°, Externum $\angle^{lum}$ fbC Π $\angle bCD + \angle bDC$, qui $\angle^{li}$ sunt interni, & oppositi.

PRÆPARATIO.

Per punctum b ducatur $mn = CD$.

DEMONSTRATIO.

Ex probatis $\angle^{lus}$ mbC Π $\angle^{lo}$ bcD, & $\angle^{lus}$ nbD Π $\angle^{lo}$ bDC (*ob rectarum* CD *&* mn *parallelismum.*) Ergo $\angle^{lus}$ $mbC + \angle^{lo}$ nbD Π $\angle^{lo}$ $bCD + \angle^{lo}$ bDC, & addito utrimque $\angle^{lo}$ CbD fiunt $\angle CbD + \angle bCD + \angle bDC$ Π ($\angle mbC + \angle CbD + \angle Dbn$ Π), duobus $\angle^{lis}$ rectis.

2°, $\angle^{lus}$ fbm Π $\angle^{lo}$ bDC, & $\angle^{lus}$ mbC Π $\angle^{lo}$ bCD (*quoniam ut priùs* $mn = CD$.) Ergo totus $\angle^{lus}$ fbC Π $\angle^{lo}$ $bCD + \angle^{lo}$ bDC, qui duo $\angle^{li}$ sunt interni & oppositi, ut erat ostendendum.

APPENDIX

APPENDIX I.

Itaque 1°, *Cognitis cujuſcumque trianguli duobus angulis tertius non poterit ignorari; ipſe enim eſt duorum rectorum angulorum differentia à duobus datis angulis ſimul ſumptis.*

2°, *In quovis triangulo ſi unus angulus ſit obtuſus, duo reliqui ſimul ſumpti minores erunt uno recto; ſi verò unus angulus ſit rectus, ſumma duorum reliquorum æquabitur uni recto.*

APPENDIX II.

Hinc etiam ſequitur, *Perpendiculum à quovis rectæ lineæ, ſuper aliam obliquè jacentis puncto in ſubjectam demiſſum ad partes anguli acuti cadere.*

Nam ſi ad partes obtuſi caderet, fieret $\triangle^{lum}$, cujus unus $\angle^{lus}$ eſſet rectus; alter verò obtuſus, quod eſt impoſſibile ex mox probatis.

APPENDIX III.

I. FONS INVENTIONIS.

Quoniam ex ſumpto in qualibet figura rectilinea quovis puncto ad omnes figuræ $\angle^{los}$ duci poſſunt rectæ lineæ, quæ figuram in tot $\triangle^{la}$ dividant quot ipſa habet latera; horumque $\triangle^{lorum}$ $\angle^{li}$, quatuor exceptis, circa acceptum punctum exiſtentibus, iidem omninò ſunt, quàm figuræ $\angle^{li}$, ac 1ª figurarum eſt trilatera, cujus interiores anguli omnes duobus rectis æquantur. Ideò

1°, *Figura quævis rectilinea dividitur in triangula duobus pauciora quàm eſt numerus, laterum figuram continentium.*

Sic quandrangulum dividitur in duo $\triangle^{la}$, quinquangulum in tria, &c.

2°, *Si è numero laterum cujuſvis figuræ rectilineæ tollatur 2, & reliquus numerus duplicetur; vel ſi è numero laterum duplicato tollatur 4, habebis ſummam angulorum rectorum in rectilinea quavis figura interius comprehenſorum.*

R.

Sic triangulum in se continet duos rectos, quadrangulum quatuor, quinquangulum sex, &c.

II. FONS INVENTIONIS.

Quoniam verò productis omnibus cujusvis rectilineæ figuræ lateribus anguli tam interni, quàm externi tot binis rectis angulis æquantur, quot sunt figuræ latera (*per Elementum* 1^um^) ostensumque sit interiores cujuslibet figuræ angulos, si quatuor excipias, æquales esse tot binis angulis rectis, quot in figura latera numerantur. Igitur

Figuræ cujusvis rectilineæ anguli exteriores omnes æquantur quatuor rectis angulis.

Deinde quoniam in figura ordinata tot sunt exteriores anguli invicem æquales, quot figuræ latera. Ideo

Si quatuor anguli recti dividantur per numerum laterum, sive angulorum : quotus erit quantitas unius anguli exterioris in figura ordinata.


Sic $\angle^{lus}$ exterior in trigono ordinato, sive æquilatero est $\frac{4}{3}\ \angle^{li}$ recti, sive gradus $\frac{360}{3}$, in tetragono ordinato sive in quadrato $\frac{4}{4}\angle^{li}$ recti, sive gradus $\frac{360}{4}$, &c.

Et quia in figura ordinata summa unius $\angle^{li}$ exterioris, & unius interioris duobus $\angle^{lis}$ rectis æquatur, suntque omnes interiores $\angle^{li}$ invicem æquales. Ideò

Si quantitas unius anguli exterioris tollatur è duobus rectis : Vel si summa angulorum rectorum intus positorum dividatur per numerum laterum ; habebis quantitatem unius anguli interioris in figura ordinata.

COROLLARIUM IV.

Rectæ lineæ, quæ æquales rectas, & parallelas ex adverso connectunt, etiam æquales sunt & parallelæ.



DATUM.

Sunto duæ rectæ *df*, & *bo* invicem æquales & parallelæ, quæ duabus rectis *bf* & *od* ex adverso nectantur.

QUÆSITUM.

Dico connectentes rectas *bf* & *od* inter se æquales esse, & parallelas.

DEMONSTRATIO.

Ductâ rectâ *bd*; Quoniam *df* = *bo*; ideò $\angle^{lus}$ *fdb* Π $\angle^{lo}$ *obd*. In $\triangle^{lis}$ autem *dbo*, *dfb* latera *df*, & *bo* æqualia sunt, (*ex hypothesi*) & latus *bd* commune, & $\angle^{li}$ *obd* & *fdb* ostensi sunt æquales; quare (*per elementi tertii doctrinam*) basis *bf* basi *do*, & $\angle^{lus}$ *bdo*, $\angle^{lo}$ *fbd* æquabitur, qui cùm sint alterni respectu linearum *bf*, & *do*; propterea rectæ *bf* & *do*, ex probatis æquales, etiam inter se parallelæ sunt, (*per hoc elementum* 3^{um}) sicut erat ostendendum.

APPENDIX.


In quovis parallelogrammo oppositi anguli, & latera æqualia sunt, & ipsum diameter bifariam dividit.

Nam probatum est quadrilaterum *bd* parallelogrammum esse, in quo (*Lli bdo* & *bdf* Π) *L odf* Π (*L obd*, & *dbf* Π) *L obf*, sicut est ostensum, & eâdem argumentatione probabitur $\angle^{lus}$ *dfb* Π $\angle^{lo}$ *bod*. Quare cùm ipsum parallelogrammum in duo $\triangle^{la}$ æqualia à diametro *bd* dividi suprà viderimus, patet propositum.

COROLLARIUM V.

Tam parallelogramma, quàm triangula super eadem basi, vel super æqualibus basibus, & inter easdem parallelas constituta, inter se æqualia sunt.

PRIMA PARS.



DATUM.

Super eadem basi CH, & inter easdem parallelas AB, CD constituta sint duo parallelogrãma AH, & CB.

QUÆSITUM.

Dico parallelogramma AH, & CB invicem æquari.

DEMONSTRATIO.

Δ^{la} ACG, EHB inter se æquilatera sunt (nam AC Π EH, & CGΠHB, atque etiam AEΠ(CHΠ) GB per mox probata, & utrimque addita EG fit AG Π EB); Ergo etiam æqualia: & dempto communi Δ^{lo} ELG fiunt quadrilatera ACLE, LHBG æqualia: & utrimque addito Δ^{lo} CLH, erunt parallelogramma AH, & CB inter se æqualia, ut erat 1° ostendendum.

SECUNDA PARS.

DATUM.

Si verò super æqualibus basibus CH, & KD, & inter easdem parallelas AB, CD constituta fuerint duo parallelogramma AH, & GD.

QUÆSITUM.

Dico parallelogramma AH, & GD inter se pariter æquari.

DEMONSTRATIO.

Ductis enim rectis CG, HB, ostendetur, ut priùs, tam parallelogrammum AH, quàm parallelogrammum GD æquari parallelogrammo CB; ergo parallelogramma AH, & GD inter se æqualia sunt, ut erat secundò ostendendum.

PARS III.

Denique quia triangula parallelogrammorum eandem basim, & communem angulum habentium dimidia sunt, ut ostensum est, suntque illa parallelogramma inter se æqualia per mox probata, manifesta est propositionis tertia pars.

APPENDIX.

FONS INVENTIONIS.

Quoniam ex hujus corollarii demonstratione sequitur parallelogrammum quodcumque æquari rectangulo,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [154] - 132
PUBLIC DOMAIN


eandem basim, & eandem altitudinem habente, triangulum verò æquari rectangulo eandem altitudinem & dimidiam basim habente: Propositis igitur quotcumque parallelogrammis, vel triangulis, quorum primi basis vocetur B, secundi β, communis altitudo P, rectangula propositis parallelogrammis æqualia erunt $P \times B$, & $P \times \beta$: At rectangula propositis $\triangle^{lis}$ æqualia erunt $P \times \frac{1}{2} B$, & $P \times \frac{1}{2} \beta$. Atque per proportionum doctrinam fit $P \times B. P \times \beta :: B. \beta$ vel $P \times \frac{1}{2} B. P \times \frac{1}{2} \beta :: \left(\frac{1}{2} B. \frac{1}{2} \beta ::\right) B. \beta$. Ergo

INVENTUM.

Tam parallelogramma, quàm triangula æquialta se habent inter se ut bases: & si sint in ratione basium, sunt æquialta, ut ostensum est.

COROLLARIUM VI.

Quæ ad unum trianguli latus in ipso triangulo parallela ducitur, proportionaliter secat dicti trianguli latera: & si quædam recta linea, per ipsum triangulum transiens proportionaliter secet trianguli latera, ipsa erit ad reliquum latus parallela.



DATUM I.

Offeratur $\triangle^{lum}$ ABC, in quo recta ED, lateri AC parallela ducta sit.


QUÆSITUM.

Dico latera AB, & BC proportionaliter secari in punctis E & D, hoc est AE. EB :: CD. DB.

DEMONSTRATIO.

Ductis rectis AD, EC fit $\triangle^{lum}$ ADE Π $\triangle^{lo}$ EDC (nam ambo $\triangle^{la}$ super eadem basi ED, & inter easdem

parallelas A C, E D constituta sunt.) Ergo (△ A D E. △ B E D ::) A E. E B :: (△ E D C. △ B E D ::) C D. D B. Quod est 1um.



DATUM II.

Jam sit A E. E B :: C D. D B.

QUÆSITUM.

Oportet ostendere E D = A C.

DEMONSTRATIO.

Ductis ut priùs rectis A D, E C. Ex hypothesi (A E. E B ::) △ A E D. △ B E D :: (C D. D B ::) △ C E D. △ B E D. Quum ergo △la A E D, & C E D ad idem △ B E D eandem rationem habeant, inter se propterea æqualia sunt, & quoniam super eadem basi E D, & ex eadem parte constituta sunt, ideò inter easdē parallelas E D, A C existunt, quod erat secundo loco ostendendum.

APPENDIX.

Apparet in diagrammate superiori minus △lum B E D, à majori △lo A B C per ductam parallelam E D abscissum, æquiangulum esse cum dicto majore A B C. Nam ex notitia parallelismi exteriores anguli B E D, B D E, interioribus B A C, B C A æquales sunt.

FONS INVENTIONIS.


Ex propositis duobus inæqualibus triangulis, inter se æquiangulis, si majoris latera longitudine correspondentium laterum minoris contrahantur; vel si minoris latera longitudine correspondentium laterum majoris producantur, & contractionis, vel prolongationis puncta rectâ lineâ jungantur, manifestum est ex contractis, vel productis lateribus fieri triangulum, reliquo è propositis △lis æquale. Unde per ante probata ostendetur proposita triangula, ob positum in eis æquianguliſmū proportionalia habere latera. Ex hoc enim æquianguliſmo nascitur parallelismus inter basim producti, vel contracti trian-

guli, & inter basim alterius, per dictam contractionem, aut productionem priori adnascentis, hoc est inter rectam productionis, vel contractionis puncta nectentem.

Si verò proposita Δ^{la} proportionalia habeant latera, unius lateribus, ut ante, alterius correspondentium laterum longitudine contractis, vel productis, ductâque ad puncta contractionis, vel productionis rectâ lineâ; probabitur, ut superiùs ex posita proportione inter dictorum Δ^{lorum} latera, ad unum è propositis Δ^{lis} aliud æquale, & alteri proposito simile per dictam productionem vel contractionem adnasci, & prioris latera per basim hujus insitivi proportionaliter secari. Unde inter has bases parallelismus ex probatis, & tandem propositorum triangulorum æquiangulismus ex parallelarum natura ostendetur.

Hinc formatur & confirmatur sequens propositio.

Triangula inter se æquiangula proportionalia habent latera: Quæ verò proportionalia habent latera inter se æquiangula sunt.



DATUM.

Sunto duo Δ^{la} MNO majus, & CBD minus, quorum singuli anguli ad puncta M, N, O existentes æquentur singulis angulis ad puncta C, B, D existentibus.

QUÆSITUM.

Oportet oſtendere correſpondentibus ∠lis adjacentia latera proportionalia eſſe, hoc eſt ut latera M N, M O circa ∠lum M exiſtentia ſe habent ad invicem, ita ſe habere inter ſe latera C B, C D, correſpondenti ∠lo C adjacentia & O M. O N :: B D. C D, atque etiam M N. O N :: C B. D B.

CONSTRUCTIO.

In 1ª figura contrahantur majoris △li latera longitudine correſpondentium minoris △li laterum, circa æqualem angulum exiſtentium, ita ut ex contractis majoris △li lateribus ad puncta C & D, atque ex ducta C D oriatur in eo △lum C N D, quod cùm minore △lo C B D æquiangulum eſt: (nam ex conſtructione C N Π C B, & D N Π D B; atque ∠ N Π ∠ B. Quare & baſis baſi æquatur & △lum △lo æquiangulum eſt) Vel ut in 2ª fig. protrahantur minoris △li latera longitudine correſpondentium majoris △li laterum circa æqualem angulum exiſtentium, ita ut ex productis minoris △li lateribus ad puncta M & O, atque ex ducta M O formetur △lum M B O, quod etiam ob allatas rationes, cum majore △lo M N O æquiangulum eſt.

DEMONSTRATIO.

Ex hypotheſi æquianguliſmus eſt inter △la M N O & C B D, & per conſtructionem æquianguliſmus eſt etiam inter △la C N D & C B D. Æquianguliſmus igitur erit inter △la C N D, M N O. Quare ∠lus N C D Π ∠lo N M O, & conſequenter C D = M O. Ergo per antè probata M N. C N :: O N. D N, & alterne M N. O N :: (C N. O N Π) B C. B D. Eadem prorſus argumentatione concludetur M N. M O :: B C. C D, vel O N. O M :: B D. D C. Si latera M N, M O, vel O M, O N contrahantur longitudine correſpondentium minoris △li laterum B C, C D. vel B D, D C. Nec ſolùm in contracto majori △lo locum habet hæc argumentatio, verùm etiam in convenienter producto minori △lo idem omninò evincit, ut perſpicuum eſt. Ergo vera eſt propoſitio.


ELEMEN-

ELEMENTUM QUARTUM.

De Imparalleliſmo.

PROPOSITIO ELEMENTARIS.

CVm in duas rectas recta incidens internos, & ab eadem parte poſitos angulos duobus rectis minores fecerit, imparallelæ ſunt hæ duæ rectæ lineæ; & ſi producantur, ſibi mutuò occurrunt verſus eam partem, in qua poſitì ſunt anguli duobus rectis minores, ſive quod idem eſt, verſus eam partem, ubi reperitur earum intervallum anguſtius.



DATUM.

In rectas A B, & C D incidens recta *f* G internos, & ab eadem parte poſitos angulos C G *f*, & G *f* N duobus rectis minores faciat.

QUÆSITUM.

Dico lineas A B, & C D, quantum opus eſt productas, ſibi invicem occurſuras eſſe verſus partem C & A in qua poſiti ſunt anguli C G *f*, & G *f* N duobus rectis minores.

CONSTRUCTIO.

Per punctum C extremum rectæ C D, agatur ipſi A B parallela K L, ex utraque parte indefinitè producta: & per punctum G ducatur eidem A B altera parallela

HG, quæ neceſſariò ſupra rectam CG cadet, vel infra quam punctum C ſive recta CG exiſtet, nimirum ob faciendam $\angle^{lorum}$ HGf, & GfN ſummam duobus rectis æqualem, & conſequenter duobus hypotheticis $\angle^{lis}$ CGf, & GfN majorem. Tum ex puncto C in rectam AB, ſi opus eſſet productam demittatur perpendiculum CN. Deinde, ſi recta Gf ipſi KL ad angulos rectos non eſt, ex puncto G in ſubjectam KL etiam demittatur perpendiculum GM. Poſtremò ut $\angle^{lum}$ GM ad ſuam baſim CM, ita fiat perpendiculum CN ad baſim NP; jungaturque PC.

DEMONSTRATIO.

Δ^{la} CGM & CPN æquiangula ſunt: (nam per conſtructionem anguli CMG, & CNP recti ſunt, & fit GM. MC :: CN. NP.) Ergo $\angle^{lus}$ GCM æquatur correſpondenti $\angle^{lo}$ CPN, (ut probatum eſt in Elemento 3°.) id eſt alterno KCP (propter poſitum inter rectas AB & KC paralleliſmum:) & ſic $\angle^{lus}$ GCM = $\angle^{lo}$ KCP. Quare cùm ad rectam KC, & ad punctum C in ea exiſtens duæ rectæ DC, PC ab oppoſitis partibus ductæ contrapoſitos ad verticem $\angle^{los}$ GCM, & KCP æquales efficiant, hæ ductæ DC & PC ſibi erunt in directum (ex probatis in Elemento 1°,) hoc eſt recta DC continuata pertinget ad punctum P, in recta AB exiſtens. Concurrent igitur propoſitæ rectæ ad punctum M, ut volebat propoſitio.

OBSERVATIONES
IN HÆC ELEMENTA GEOMETRICA.

QUIBUS è fontibus universalis Matheseos tam theoria, quàm praxis duceretur, tum etiam quibus præceptis inventa singula indigerent, & adhuc quâ methodo tradi deberent, superiùs exposuimus, & rem ipsam maxima ex parte confecimus. Nunc verò, postquàm Definitiones, atque Elementa Geometrica sunt explicata, dicendum restat de illorum utilitate, ac ostendendum cuncta geometrica ex ipsis per viam demonstrationis exsurgere, quemadmodum ex physicis Elementis naturalia cuncta per viam generationis existunt.

Primò itaque si recordemur eorum, quæ hujus capitis initio de vario rectarum linearum inter se situ dicta sunt, ac in mentem revocemus ex transverso rectæ lineæ motu planum generari, atque in figuris rectilineis nihil aliud considerari posse quàm angulorum ab earum lateribus factorum diversitatem, hoc est rectitudinem, aut obliquitatem; aut certè diversas laterum ad se invicem positiones, id est ipsarum parallelismum, aut imparallelismum, omninò persuasum habebimus geometricam planorum, sive figurarum rectilinearum scientiam à rectarum linearum coincidentia, vel perpendicularitate, vel parallelismo, vel imparallelismo derivari. Deinde verò quia in illis solidis quorum extrema plana sunt, nihil etiam aliud ad considerandum relinquitur, quàm comprehensi ab ambientibus planis anguli, qui pariter recti sunt, aut obliqui: aut certè variæ planorum ambientium inter se positiones, hoc est eorum parallelismus vel imparallelismus; Itaque solidorum Ll^orum obliquitas, aut rectitudo, vel ambientium planorum parallelismus, aut imparallelismus rectis tantùm lineis, quæ certo modo in ipsis planis ducuntur, observabilis, & mensurabilis est, ut ex definitionibus Euclidis clarè percipitur, minimè dubitabimus

omnem, quę geometricis auxiliis acquiri poteſt, dictorum ſolidorum cognitionem ab enumeratis, & explicatis planorum Elementis ortum habere. Quantum autem ad curvilinea ſpectat, quum illa non cognoſcantur niſi per relationem quam habent curvarum linearum puncta ad rectas lineas, audacter concludamus illud omne, quod ſolâ geometricæ facultatis vi demonſtrari poteſt, à ſæpiùs nominatis Elementis, nimirum rectarum linearum coincidentia, vel perpendicularitate, vel paralleliſmo, vel imparalleliſmo ſic dependere, ut geometrica certitudo extra horum fines fruſtra quæratur. Neque enim geometrica appellare debemus quæ utrique quantitatis ſpeciei communia ſunt, ut ea quæ magnitudinibus accidunt ob earum æqualitates, vel inæqualitates, vel ſectiones, vel proportiones, vel commenſurabilitatem. Incommenſurabilitas verò quamvis à magnitudinis eſſentia proficiſcatur, quia tamen numericum quid in conceptu ſuo involuit, daturque numerorum quædam ſpecies ſurdis magnitudinibus exprimendis naturâ ſuâ idonea, meliùs profectò eſt hanc quantitatis affectionem univerſalibus matheſeos principiis, ſicut fecimus, annumerare, quàm illam in Geometricorum Elementorum loco reponere.

Sic ergo à quatuor primis, & claris, & ſimpliciſſimis propoſitionibus, quarum probationes à præcedentibus definitionibus immediatè pendent, illa geometricarum concluſionum immenſa moles exſurgit, firmatur, atque fundatur. Hoc porrò ſic non eſt accipiendum, ut geometricæ demonſtrationes ex ſolis elementis jam ſæpius nominatis conſtare exiſtimentur; nam earum maxima pars aliis aſcitis, & ad utramque quantitatis ſpeciem pertinentibus principiis, ut plurimum conficitur, ſed ſolùm putandum eſt ut in inventionis fonte diximus, ab illis geometricæ facultatis Elementis geometricum robur accipere quidquid in mathematicis geometricam deſiderat ſolutionem.

Stabilitis hac ratione certis quibuſdam Geometriæ Elementis, & ad quatuor capita revocatis, nemo eſt,


GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [162] - 140
PUBLIC DOMAIN

ut opinor, qui illa non præferat ingenti illi Euclideorum Elementorum, confuso satis ordine dispositorum multitudini, tum quod ob exiguum eorum numerum faciliùs memoriæ mandentur, ac omnia geometrica virtute contineant, quæ in Elementis Euclideis habentur; tum præsertim quod oblato aliquo problemate, vel theoremate geometrico, in hæc pauca Geometriæ Elementa mentis acies facilè convertitur, & nullo ferè negotio cernitur à quonam geometriæ principio quæsiti demonstratio elici debeat. Atque in hoc maximè consistit inventorum Elementorum utilitas, quâ nulla major hac in re desiderari potest.

Neque sanè mirum videri debet quod Elementa nostra paucas propositiones contineant, multaque in illis desint, quæ apud Euclidem leguntur, nam Elementorum nomen tueri non possent, si, quæ ab eis pendent, etiam pro principiis haberentur. Id ratio & methodus exigit ut principia, quæ elementa vocavimus, seorsim tradantur, & à reliquis, quæ inde deduci possunt, accuratè distinguantur. Quare tantum abest ut expositis geometriæ elementis propositionum paucitas officiat, quin illa multò perfectiora evadant si solis quatuor propositionibus elementaribus absolvantur, & corollariis quibusdam exceptis, quæ sponte suâ ex nominatarum propositionum demonstrationibus colliguntur, vel quæ necessaria sunt ad sequentium probationem, reliqua, quæ paulò longiùs à principiis recedunt, omittantur. Verùm quia hisce geometricis Elementis ultimam in præsenti opere curam adhibere minimè decrevi, interea satis conveniens fore judicaui, si quædam non omninò necessaria passim insererem, ut eorum exemplo breviter ostenderem quomodo ab his Elementis geometricarum propositionum series educi, & quibus vinculis necti deberet. Nunc verò, ut eam methodum paucis attingam quâ geometrica suppellex abundè parari possit, maximè necessarium præceptum esto, ut ad cujusque rei naturam, atque generationem diligenter attendamus: Deinde ut agnitâ ejus constitutione, & generandi modo, quę

deinde proprietates conſequantur, ſagaci mentis indagine perveſtigemus. Quod fiet (ſi modò nos intra vulgaris geometriæ limites recipere velimus) aut à datis punctis, & notis intervallis circulos vel arcus deſcribendo, qui cognitas lineas ſecent, vel tangant: aut poſitas certo modo rectas lineas producendo, aliiſve rectis connectendo: aut ad datas rectas, vel noviter ductas, parallelas, vel perpendiculares ducendo: aut certè aliquarum inferendo concurſum ex noto in ipſis imparalleliſmo. Nam ſi poſteà tam è tradita in elementis geometricis doctrina, quàm ex enumeratis univerſalis Matheſeos principiis argumenta petantur, innumeræ ferè concluſiones, totidem propoſitionum effectrices non invitæ ſequentur, atque ſic paulatim accreſcet geometriæ corpus. Verùm hac de re plura dicemus, cùm de Mathematicorum argumentorum ſedibus ex profeſſo ſermonem inſtituemus. Cæterum in concinnandis demonſtrationibus maximâ varietate delectatus ſum; nam modò diffuſo, modò contracto verborum apparatu ſum uſus, modò figuras aliquas, vel cum literis, vel ſine literis, modò nullas adhibui. Idque eo præſertim conſilio feci, ut omnes demonſtrandi modos proponerem, & ex aliorum judicio diſcerem quiſnam præ cęteris potior haberetur. Non enim hæc ſolùm mihi, ſed etiam aliis ſcribo. Quidquid ſit non propoſitiones tantùm, ſed maximè earum inter ſe cohærentiam, & ſimul viam qua inveniri debeant oſtendere ubique volui. Ideoque alias corollaria, eas nempe quæ ab elementaribus immediatè derivantur: alias verò appendices, ſeu conſectaria, illas nimirum, quæ à corollariis originem ducunt, pro arbitrio nominavi, planè ut appareat hanc meam ſcriptionem, quam tantùm pro ſpecimine exhibeo, recentem ingenii fœtum eſſe, & rudem adhuc molem, quæ meliorem formam aliquando ſit acceptura.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [164] - 142
PUBLIC DOMAIN



SPECIMINVM MATHEMATICORVM

LIBER SECVNDVS.

CAPVT PRIMVM.

De Methodo Compoſitionis atque Reſolutionis.

INSITA ſunt mentibus noſtris certa quædam veritatis ſemina, à Philoſophis axiomata, communes animi notiones, vel propoſitiones æternæ veritatis nominata, à quibus omnis humana cognitio ducit originem. His veri primordiis, ſive his, ut ita dicam, rationis elementis paulatim enatæ ſunt artes, ac ſcientiæ; longæque illæ conſecutionum ſeries, quas diſciplinas nominamus, è fœcundo eorumdem principiorum ſinu eductæ prodierunt. Quapropter veritatis inveniendæ modum, quod argumentum vocatur, optimè procul dubio definiemus, ſi dicamus id eſſe orationem, in qua quibuſdam poſitis aliud quid neceſſariò ſequitur eò quòd hæc ita poſita ſunt. Duo enim hîc reperiri neceſſe eſt, unum antecedens, cujus cognitio vel per ſe evidens ſit, quales ſunt, ut jam diximus, propoſitiones æternæ veritatis, vel ante per demonſtrationem acquiſita: alterum conſequens quod ex antecedentis poſitione infertur & certitudinem aſſumit. Sic ſuppoſitis

communibus animi notionibus, velut inconcussis argumentorum fundamentis, à simplicibus, & prioribus ad magis composita, & posteriora, sive à causa ad effectum: vel à magis compositis, & posterioribus ad simplicia, & priora, sive ab effectu ad causam, contrariis omninò ratiocinandi viis, naturalibus tamen, proceditur in investigatione veri. Prima methodus, quæ antecedentia nectit consequentibus, sive quæ causam cum effectu suo conjungit, quoniam id componendo fit veterum artificum idiomate synthetice appellata est; secundam verò, quæ nexum prioris cum posteriore ratiocinando dissolvit, sive quę causam ab effectu suo distinguit, quoniam id resolutionis opus est, Græci vocabulo significante Analyticen dixêre.

Compositionis methodum, sive synthesim observat natura in mixtorum generationibus, quæ exiguis profecta initiis, per continuas minutissimarum particularum sensus effugientium additiones lentissimis incrementis augentur, & justam molem demum adepta conspiciuntur.

Resolutionis verò methodo, sive Analysi utitur eadem rerum genitrix simul atque destrutrix in mixtorum interitu, vel corruptione, quæ vi lethi cohærentiam partium illorum superante, in ea principia, ex quibus composita erant, dissolvuntur.

Parum absimili ratione in propositionibus cujuscumque generis, iisque sive theorematis, sive problematis scientificè constituendis potissima demonstrandi methodus, & via omninò naturalis est, quâ à principiis, & elementis doctrinæ cujusque propriis, per continuatas consequentias componendo proceditur ad propositi confirmationem.

Quoniam autem sæpissimè accidit, in problematis præsertim fortuitò oblatis solvendis, ut logista mediis ad propositum arguendum idoneis destitutus, à scientię principiis, & elementis, naturali synthetices viâ ad problematis solutionem ratiocinio exquirendam, & concludendam procedere nequeat. In hujusmodi ignorationis ca-

ſu, qui ferè perpetuus eſt, viam capeſcit retrogradam, & primæ contrariam; facto namque initio ab eo quod in quæſtione eſt, tanquam dato & conceſſo, continuatis conſequentiis reſolvendo progreditur donec in aliquod cognitum principium incidat, à quo quæſiti, quod 1° pro conceſſo aſſumptum erat, veritas deduci queat.

Contrariæ illæ ratiocinandi viæ ut ambæ à natura magiſtra inſtitutæ ſunt, ita æqualem certitudinis gradum obtinent: cùm enim in quavis argumentatione duo ſint, ut jam notavimus, antecedens videlicet, & conſequens; primumque cauſa exiſtat ſecundi, tanquam ab eo procedentis effectus, cui propterea neceſſitatis vinculo aſtringitur, dubium non eſt quin æquè benè, & æquè facilè neceſſitas illa oſtendatur dum à conſequente inchoatur argumentatio, quàm dum ab antecedente initium ducit. Atque idcircò proceſſum logicum per conſequentia in utramque partem æquè firmum, atque apodicticum eſſe neceſſe eſt.

Sed cùm maximi momenti ſit analytices, atque ſynthetices naturam penitùs noviſſe, quam ab authoribus ſatis explicatam non video, qui tantùm pro doctis ſcripsêre, ut ea quæ tam ab ipſis quàm à nobis ſuper ea re dicta ſunt, ab omnibus comprehendi poſſint, utar appoſita, & valdè familiari comparatione, perceptionem noſtram non parum adjuvante. Si quis ergo mechanicarum artium peritus machinam quandam exquiſito artificio elaboratam, & in qua multùm induſtriæ poſuiſſet, horologium, verbi gratiâ, ex multis rotis, tympanis, ponderibus, aliiſque diverſis partibus aptâ diſpoſitione inter ſe nexis conſtructum, ei, qui priùs tale quid non vidiſſet, offerret, diceretque machinam hanc ſolis converſionem ſic imitari, ut ſua etiam motione horas diei tam juſtè, quàm celeſtis ille planeta dividat, indicetque. Homo ille rem admiratus, ut latens in machina artificium exquireret, rotas dentibus ſibi invicem inſertas, obſervatâ priùs earum ordinatione, atque dependentiâ, unas ab aliis ſejungeret, facto à prima initio; tum pondera levaret; & ſic ſolutis, quæ priùs inter ſe cohærebant machinæ parti-

bus, omnibusque diligenter inspectis, & attenta mente considerati tandem concluderet machinæ motum à ponderibus appensis impulsionem, moderationem verò à librato pendulo habere, quæ tantò justior quantò rotarum structura, & conformatio melior atque concinnior. Idem omninò facit qui propositum problema analyticè resolvit, supponit enim jam constructum problema, sive factum esse quod postulatur, aptâque adhibitâ ratiocinatione quæsitum à datis, tum ipsa data inter se separat, quæ quidem omnia priùs in hypotheticam problematis structuram coïverant. Denique postquam acri studio investigavit, quomodo quæsitum à datis, aut ipsa data ab aliis cognitis pendeant, à quibus quæsiti veritas elici possit, non solùm quæsiti possibilitatem aut impossibilitatem arguit; verùm eò usque procedit ut impossibilitatis causas afferre, quando impossibile est quod proponitur, vel, si possibile est, varios modos, quibus id effici possit, reperire valeat.

Jam verò si resoluta dicti horologii compage eidem homini, cui novum, ut jam diximus, spectaculum foret horas indicans machina, rotis, tympanis, ponderibus, & reliquis ad horologii fabricam necessariis rebus, ipsius horologii loco separatim, & in ejus conspectu positis, primò dictum fuisset ex talium instrumentorum apparatu, aptâque dispositione machinam cõfici posse, solis cursum exactè metientem, ille statim naturali sciendi cupiditate incensus singula hæc vigilibus mentis oculis perlustrando, tum contrectando manibus, rotas rotis, ut sibi invicem sociari possunt, aptaret, quibus propria tympana adjiceret, pendulo supernè, vel ad latus posito, infraque appensis ponderibus; & si vis aliqua adesset ingenii omnia locis suis ita restitueret, & debito ordine disponeret, ut tandem redeunte compage prior machina consurgens, in perfectum ut fuerat horologium evaderet: in quo opere faciendo latens in machina artificium ex ipsa operandi forma, quamvis priori contraria, illi ut antè manifestum appareret.

Nunc si hujus machinæ tempora dimetientis effectum,

cum eo quod in problemate quæritur ; & ea quæ data ſunt, aliaque principia, quando illa quærere opus eſt, cum ſingulis horologii partibus à ſe invicem diſtinctis; atque latens artificium, quod dicti effectus cauſa eſt, & inveniri debet, cum problematis demonſtratione conferre velimus, facile nobis erit ſyntheticum proceſſum in problematibus demonſtrandis, illiuſq; diſcrimen ab analytico regreſſu dignoſcere. Quemadmodum enim horologii conſtructio perfecta abſolutaque cenſetur, quando appenſi ponderis gravitate prima rota ſociam quam motu ſuo dirigit, illaque ſecunda tertiam, & cæteræ cæteras ſic impellunt, ut rotæ ultimæ impulſu agitatum pendulum varias diverſarum, & magnitudine inter ſe diſcrepantium rotarum motiones libratione ſua ſic moderatur, ut inde æquabilis motus naſcatur, cujus ope voluta acus eandem æquabilitatem in circumlatione ſua cuſtodiat: Ita etiam problema perfectè conſtructum, & plenè demonſtratum eſt, cùm in aliquot conſecutionum ſerie, quæ ad ejus probationem adhibetur, ex cogniti antecedentis alicujus principii veritate, omnium inde conſequentium certitudo gradatim ducta, derivataque eſt, ita ut ex firmo plurium, probatarumque concluſionum nexu, id quod quæritur demonſtrationis vim accipiat, & tandem his rationis machinis quod incognitum eſt, velut aliquo veritatis impulſu coactum, in cognitionem noſtram perveniat. Atque hunc argumentandi modum ipſa procedendi ratio ſyntheticum eſſe declarat.

Eſt ſyntheſis tradendis diſciplinis, atque ſcientiis valdè accommodata; inventis namque, ac ritè poſitis alicujus ſcientiæ principiis, ſive elementis facile eſt poſteà plures concluſiones hinc deducere, quæ corpus illius ſcientiæ componant. Verùm in problematibus fortuitò oblatis ſolvendis minùs idonea reperitur, imò omninò inepta, præſertim cùm difficillimi problematis vel theorematis veritas examinari debet; nam ad hujuſmodi propoſitiones demonſtrandas longa eſt concluſionum ſeries percurrenda, antequam ad primam, quæ cæterarum principium eſt, deveniatur. Et qua vi quæſo, qua mentis ſa-

gacitate principium illud tam longè à quæsito dissitum audita sola quæstione indagabitur? rara est, & vix concessa hominibus ingenii bonitas, vel potiùs sublimitas, quæ rem tam occultam prima apprehensione detegat, nec utatur mediis conclusionum ad eam deducentibus. Profectò ut synthetice naturaliter adhibetur ad scientiarum structuram, atque ordinationem, ita confiteri oportet cùm novum quid, & insolitum proponitur tunc primùm Analyseos viam tentandam esse, quæ à natura videtur instituta ad hujusmodi quæstionum nodos dissolvendos; illa enim ab eo quod quæritur argumentationis suæ initium faciens, in plurimarum conclusionum serie, ad quæsiti probationem necessariâ progreditur primò ad illam à qua quæsitum immediatè pendet, tum transit ad proximè sequentem, sine qua infirma esset prima consequentia, ex hac ad superiorem, quæ infra positarum certitudinem auget, & eo deinceps progressu, donec ad primam devenerit, ex cujus cognitione, atque certitudine, per medium conclusionum hinc deductarum veritas in quæsitum, quasi per alveum dimanat, quæ & ipsum cognitum reddit. Ecquis ad illud principium à quæsito remotissimo ascendet intactis conclusionum interjacentium gradibus? Nemo profectò id efficiet, aut si efficiat secum tacitè Analysim exercebit, ut ad illud principium deveniat, ac deinceps opus syntheticum exequatur.

Hoc opinor egêre veteres illi artifices, & eximii Matheseos cultores, quorum egregia apud nos extant ingenii monumenta. Quamvis enim ea quæ nobis reliquerunt syntheticè tantùm conscripta sint, ipsos tamen in problematum solutionibus investigandis, quorum deductiones ordinis quadratici, ut vocant, limites non excedunt Analyticen communiter exercuisse, tum effectu manifestum, tum disertè ab ipsis significatum est. Unde scientias mathematicas, quas ab illis accepimus, artis hujus inventricis beneficio, quamplurimis accessionibus locupletatas fuisse pro certo existimandum est. Nam problemate processu analytico ad solutionis statum deducto, liberum, & facile eis fuit facto per Analyseos vestigia re-

greſſu demonſtrationem ſyntheticè conſtruere, conſtructamque ſuppreſſâ Analyſi problemati attexere.

Mihi equidem olim apud varios authores, præcipuè verò apud eos qui mathematum gloria noſtro ſæculo floruerunt ſubtiliſſimas demonſtrationes, ex incogitatis, & inexpectatis, ſed divino quodam artificio conquiſitis principiis adeò affabrè concinnatas legenti admirantique ſtupor non ſemel incidit unde tanta exiſteret & ingenii, & imaginationis vis, quæ tam immenſam conſequentiarum molem ſuſtinere poſſet, facereque ut tot res, tam longè diſſitæ animo ſimul obverſentur, & quaſi ultrò in argumenti unius ſtructuram coeant atque conſidant. Sed poſtquam Analyſeos amore captus aliquam huic ſtudio exercitationem adjunxi, comperi hos inſignes viros in profundiſſimis difficultatum tenebris, & in una labyrintho, variis quæſtionum ambagibus perplexa ſapienter, ut inde evaderent, analytices filo cæca rexiſſe veſtigia; alias enim ſi ſola ſyntheſi uſi eſſent inextricabili errore plerumque impediti, & voti ſui minimè compotes irritos conatus adhibuiſſent.

Sed ſupponamus in quibuſdam viris, doctis illis quidem, & eruditis tantam ob ea quæ didicerunt peritiam, tantumque ſi velimus acumen reperiri, ut etiam in arduis propoſitionum difficultatibus optatum quandoque ipſorum animis offeratur principium, antequam hinc deductarum, & ad quæſiti probationem neceſſariarum concluſionum texturam fecerint; Id procul dubio non fiet ſine maxima animi contentione, quæ plerumque mentis aciem aut obtundit, aut obrumpit, &, quod magis eſt, illi plus temporis in hac perveſtigatione impendent quàm alter, qui doctrinæ adjumentis deſtitutus, & ſolius Analytices auxilio fretus, ejuſdem quæſtionis ſolutionem aggredietur. Nam ab eo quod in quæſtione eſt exordium ſumens per continuatas conſequentias, quaſi per gradus, facili negotio, & cum quadam non feſſi, ſed potiùs ad operis finem jucundè properantis animi voluptate ad idem principium delabetur. Unde tantùm abeſt ut hæc ars maximis ſemper extollenda laudibus ingeniorum

crux, atque tormentum, ſicut apud pleroſque malè audit, dici mereatur, quin potiùs inventa præcipuè exculta eſt ut parcatur labori, & non fatigetur animus in operationibus ſuis, verùm inventorum argumentorumque ſubtilitate acuatur, & vires novas acquirat, ſicut poſteà meliùs, atque evidentiùs oſtendam.

Ex dictis, ut puto, ſatis clarè innoteſcit quid, & quantum neceſſaria ſit tam Analyſis, quàm ſyntheſis, quod utriuſque munus, & qua in re una differat ab alia. Nunc igitur tempus eſt poſtquam de duabus his methodis in genere locuti ſumus, ut ad mathematicam Analyſim in ſpecie, cujus potiſſimum cauſa hîc agitur, noſtra propiùs accedat oratio.

DE ANALYSI MATHEMATICA.

ANALYSIS latè ſumptâ vocabuli ſignificatione multas in ſpecies dividitur, habitâ ratione ſubjecti, circa quod ſuum exercet officium. Peculiaris hæc, de qua nunc agimus, in quantitatis, quæ mathematicarum diſciplinarum objectum eſt, conſideratione tota verſatur, & omnes probationes ſuas ad æquationem, tanquam ad artis magiſterium dirigit, atque deducit:

Hoc ut ritè explicetur ſciendum eſt primò ex duarum pluriumve quantitatum inter ſe comparatione naſci tum æqualitatem, tum inæqualitatem. 2° in omni quæſtione duo ut plurimùm reperiri, quæſitum videlicet quod ignoratur, & datum vel data quæ cognita ſunt, ac pro conceſſis aſſumuntur, à quibus rei quæſitæ veritas, atque comprehenſio dependet; quod ſi datum deſit, id arte ſupplendum eſt. Deinde illam quæſiti à datis dependentiam animadverti ignotum cum notis comparando, id eſt hoc in loco inſtitutâ quæſitæ quantitatis cum aliis datis, ſive cognitis comparatione, quam æqualitatis atque inæqualitatis genitricem mox dicebamus. Quoniam autem in omni genere quod ordinatum eſt, ſive quod unico tantùm modo ſe habet, tanquam fixum quid pro cæterorum, ſub eodem genere poſitorum, & in vertibilem

inconſtantiam

inconſtantiam tranſeuntium, regula ſupponi debet, quâ eorum irregularitates dignoſci queant, & ad artem revocari, hinc fit ut ad æqualitatem omnia opera ſua dirigat Analyſta, & ad eam conſequendam omni ſtudio nitatur.

Ampliùs in memoriam revocandum eſt, quod primo capite primi libri docuimus, quinque ſolummodò dari poſſe circa quantitatem operandi formas, ſive regulas, Additionem nimirum, Subductionem, Multiplicationem, Diviſionem, & radicum Extractionem.

His omnibus ritè, ut par eſt, conſideratis facilè intelligemus quod dum in evolvenda problematis difficultate notas quantitates cum incognita, vel incognitis comparando, utraſque per dictarum operationum regulas modis omnibus torquemus, atque mutamus, quo quæſiti veritas eluceſcat, ſæpiſſimè accidit ut ignota quantitas, modò in ſe aliquoties multiplicetur, modò cognitis quantitatibus ipſam vel ſimplicem, vel aliquoties in ſe ductam multiplicantibus, aut dividentibus afficiatur, modò utrumque fiat, nimirum prout major vel minor occurrit problematis difficultas; & quod inde plures exoriuntur termini, alii aliis æquales, ipſo quippe opere ad æqualitatem omnia dirigente, ex quibus aliqui conſtant ex quantitatibus omninò cognitis, aliqui ex ſolis quantitatibus incognitis, omni affectione carentibus; aliqui verò quaſi mixti ex quantitatibus partim cognitis, partim incognitis, diverſimodè inter ſe affectis. Nunc ſi ſummam ex his omnibus terminis compoſitam efficias, æquationem habebis; vel ſi eam paulò aliter conſiderare, atque aliis verbis enunciare velimus, dicemus æquationem eſſe quantitatis quæſitæ, ſive ſimplicis, ſive graduatæ, hoc eſt aliquoties in ſe ductæ, & affectionibus ſæpenumerò implicatæ, cum quantitatibus datis, facta alterius ad alteram comparatione, diſtinctè ordinatam æqualitatem. Quia verò in ipſo operis progreſſu nota cum ignotis confunduntur, ut adſit inter utrumque diſcrimen, quod neceſſarium eſſe ſtatim confitebuntur omnes, ne quid ſit id quod quæritur, aut quomodo affectum ſit, poſteà ignoretur, ſibi ipſi præſtat ars auxilium. Jubet enim ſymbolo

constanti, ac benè conspicuo quæsita à datis distinguere; incognitas nimirum quantitates vocalibus *a*, *e*, *i*, *o* &c. consonis verò *b*, *c*, *d* &c. datas significando. Et quamvis in hujus symboli electione libera sit hominum voluntas (nam quid impedit quominus his vel illis caracteribus atque signis, ad libitum effictis magnitudines, numeros, tempora, & cætera hujus generis denotare possis, modò semper recorderis pro qua peculiari quantitate signum quodlibet statuitur) verumtamen nihil aut commodiùs, aut ad juvandam memoriam aptiùs reperiri potest alphabeti literis. Illæ enim sunt notæ apud omnes gentes universales, & valdè simplices, quibus assuevimus ab ætatis initio, & quarum operâ calculus mirum in modum brevis, ac expeditus evadit. Prætereà in alphabeticis elementis tam notabilis est differentia inter vocales, atque consonas, ut si hæ quantitates cognitas denotent, illæ verò incognitas, quæsita à datis quàm citissimè distingues.

Hæc per literas computandi ratio logistice speciosa dicitur, & Arithmeticæ generis ejusdē participatione germana est; est namque Arithmetica logistice numerosa, hoc tantùm inter eas (quantum ad nominis rationem attinet) discriminis est, quod in arithmetica rerum mensurabilium quantitates per caracteres, seu figuras artis proprias numero, ut generali mensura exprimuntur, & computantur; in hac autem per notas litterales, elementa scilicet alphabetica, res ipsæ tanquam in specie (ex usu forensi recepto vocabulo) significantur, & omnimodè tractantur, unde speciosæ nomen obtinuit.

Illius usus multò accommodatior est quàm praxis numerosæ; nam in numerosa numeri à novo quem proferunt ita absorbentur, ut penitùs dispareant, nec ullum sui vestigium relinquant. At in speciosa permanent species sine aliqua mutatione, specimen exhibentes totius operationis; unde non solùm in quæsiti notitiam ducunt, sed etiam theorema generale pro solutione consimilium quæstionum in aliis quantitatibus datis edocent.

Initur autem literalis hujus notationis calculus hoc modo. ascitis tribus notis prima videlicet + pro additio-

ne vel affirmatione, quæ plus; ſecunda verò — pro ſubductione vel negatione, quæ minus ſignificat; atque tertia √ pro extractione radicum, oportet tantùm notas illas quantitatibus inter ſe addendis, aut ſubducendis, aut ex quibus radicem extrahere volumus, præfigere, vel combinare literas ut indicetur illas inter ſe ductas, vel ducendas eſſe; vel demùm unam, vel plures ſuper aliam, vel ſuper alias ponere, interjectâ lineolâ in modum fractionis, ad ſignificandum unam, vel plures per aliam, aut per alias diviſas, vel dividendas eſſe. Sic propoſitis quibuſcumque quantitatibus, homogeneis tamen, ſive illæ ſint numeri, ſive magnitudines, ſive ſoni, ſive tempora, &c. quarum una ſignificetur per a, altera per b ſcribo $a + b$ ad illas inter ſe addendas, aut $a - b$ ad ſubtrahendam b ex a & ab ad multiplicandam unam per alteram, & aa ſive a^2 ad multiplicandam a in ſe, & aaa vel a^3 ad eandem adhuc ſemel multiplicandam per a, atque ita in infinitum: aut $\frac{b}{a}$ ad dividendam b per a, $\frac{ab}{c}$ ad dividendum productum ex a in b per c, & tandem $\sqrt{\overline{a}|}$ ad extrahendam radicem ex a, & $\sqrt{\overline{a+b}|}$ ad extrahendam radicem ex ſumma $a + b$, quæ bis poſita, & ſemel in ſe ducta ipſam ſummam $a + b$ reſtituat, & $\sqrt[3]{\overline{a}|}$ ad extrahendam radicem ex quantitate a, quæ ter poſita, & bis in ſe ducta ipſam a producat, & ſic in infinitum, adjecto numero, radicis genus indicante.

Jam verò quia quantitates per multiplicationem, atque radicum extractionem ita mutantur, ut aliæ penitùs evadant, neceſſariumque ſæpenumerò eſt ſingulas earum transformationes, quas certis notis expreſſimus, etiam verbis enunciare; ideò productum ex duabus diverſis literis, duas diverſas quantitates ſignificantibus, verbi gratiâ ab, voco bimenſum; productum verò ex tribus ut abc, vel aab trimenſum, ex quatuor, ut $abcd$, vel $aacd$, &c. quadrimenſum, & hoc in infinitum progreſſu, prout illa producta ex duabus, ex tribus, quatuor,

pluribusve dimensionibus constant. At quando eadem litera aliquoties in se ducitur, primum productum, ut *aa*, vel a^2 voco æquibimensum, secundum verò, ut *aaa*, vel a^3 æquitrimensum, tertium ut *aaaa* vel a^4 æquiquadrimensum, & eo deinceps ordine, prout eadem litera bis, ter, quater & pluries in se ducitur. Hæ productorum ordinatorum species satis apto vocabulo potestates etiam vocantur, ita ut quantitas, quæ radicis nomen habet, in primo potestatum gradu consistens, ideò prima potestas nuncupetur, secunda potestas cùm illa radix in se ducitur, tertia cùm genitum productum adhuc per radicem multiplicatur, & sic in infinitum. Sic etiam primam radicem, quæ bis posita, & semel in se multiplicata quantitatem, cujus radix est, restituit voco subæquibimensam, secundam verò quæ ter posita, & bis in se multiplicata quantitatem cujus radix est reponit subæquitrimensam, & sic in infinitum, eodem ferè modo quo quantitas alterius submultiplex dicitur. His radicibus adhuc alia nomina dare possumus, licet enim eam, quæ subæquibimensa vocata est, radicem secundæ potestatis, subæquitrimensam verò, radicem tertiæ potestatis appellare, & sic de cęteris.

Harum appellationum rationem reddere difficile non est, nam hæc nomina rebus ita conveniunt, ut vel ipsa prolatio eorum significationem manifestet. De antiquis appellationibus nihil dicam: clarè enim apparet illas ad rem, quam significant, confestim animo repręsentandam minùs idoneas esse nostris, quibus in hoc opere utemur.

Nec est quod miremur Analyticen plures dimensiones quantitatibus assignare, quam eisdem ipsa natura tribuit; arti enim sufficit naturam quantum potest imitari, ejus vestigia sequendo, & ad ejus exemplar omnia cõponendo, promotis cæteroquin ejus limitibus, nam ubi natura desinit, ibi ars incipit. Propterea quamvis naturaliter non datur transitus à tertia dimensione ad quartam, nihilominus tamen artificialiter ad innumeras dimensiones progressio fit, cogente ad id tum operis necessitate, tum multiplicationis natura, dimensionum numerum sine fi-

ne augentis. Sed in hoc discrimen est, quod natura nihil genuit unicâ, vel duabus tantummodò dimensionibus contentum; solum corpus creavit trinè dimensum, cujus dimensiones ab eo sunt inseparabiles; ars verò à quantitate unicam dimensionem habente, vel quam sic considerat, incipiens multiplicationis, atque divisionis opera alias, atque alias dimensiones in infinitum ei superaddit, aut superadditas gradatim, vel ad libitum demit.

Et in arithmeticis optimè quidem intelligimus è plurium æqualium, vel inæqualium numerorum inter se ductu, sive illi numeri absoluti sint, sive radicales, aut surdi, & quæcumque tandem sit ipsorum multitudo, alios prodire numeros. Ut ex ductu $2\times2\times2\times2$ gignitur numerus 16, aut ex ductu $2\times3\times4\times5$, &c. efficitur numerus 120, vel tandem ex ductu $2\times\sqrt{3|}\times\sqrt{3|}\times\sqrt{5|}$ oritur surdus $6\sqrt{5|}$ & sic de cæteris. Nec etiam dubitamus quin omnes numeri sint inter se homogenei, quamvis sæpenumerò specie differant, quales sunt numeri absoluti cum surdis, vel surdi unius speciei, cum surdis ad aliam speciem pertinentibus comparati; neque adhuc obscurè comprehendimus quod inde sequitur, 1° videlicet quoscumque numeros, propter communem ejusdem generis participationem, quibuscumque numeris addi, vel à quibuscumque numeris detrahi posse, cum hac nihilominus differentia, quod numeri inter se commensurabiles post additionis, vel subductionis opus unicum numerum per has operationes genitum relinquant, incommensurabiles verò inter se dum sibi invicem adduntur, aut à se invicem subducuntur summam efficiant ex pluribus nominibus compositam: Unde binomia, trinomia, & cætera polynomia ducunt originem. Deinde 2° per a^2, a^3 & vel per $b\,d$, $b\,c\,d$, &c, similesve compositionis notas nihil aliud quàm numeros designari, quorum unusquisque in tot æquales, inæqualesve dimensiones quot ei assignare voluerimus, resolubilis est. Ut si propositum quemvis numerum 64 in duas æquales dimensiones resolvere velimus, ipsum designabimus per $4\,a$, & fiet $a\sqcap 8$ vel si

in tres, ipſum ſignificabimus per a^3, & erit $a \sqcap 4$; vel ſi in quatuor, ipſum notabimus per a^4, & fiet $a \sqcap 2\sqrt{2}|$. Nam 8×8 vel $4 \times 4 \times 4$ vel $2\sqrt{2}| \times 2\sqrt{2}| \times 2\sqrt{2}| \times 2\sqrt{2}| \sqcap 64$. Idem de ſurdis ferto judicium, ut ſi proponatur ſurdus numerus $\sqrt{3}|$, qui in duas æquales dimenſiones reſolvi debeat ipſum nominabimus aa, & per radicis ſubæquibimenſæ extractionem invenietur $a \sqcap \sqrt[4]{3}|$; vel ſi in tres ipſum eumdem vocabimus aaa, & per radicis ſubæquitrimenſæ extractionem invenietur $a \sqcap \sqrt[6]{3}|$, & eo in infinitum ordine, nam $\sqrt[4]{3}| \times \sqrt[4]{3}|$ vel $\sqrt[6]{3}| \times \sqrt[6]{3}| \times \sqrt[6]{3}| \sqcap \sqrt{3}|$. Pariter ſi eundem propoſitum numerum 64 in duas inæquales dimenſiones reſolvere cupiamus, ipſum appellabimus bd, aut bcd ſi in tres, &c. & tunc una quælibet ex his literis b, c, d infinitos admittet valores, pro infinita duorum vel trium factorum, ex quibus producta bd, vel bcd componi poſſunt varietate; hæc enim omnia numerorum natura ſuſtinet.

At in geometricis multò aliter ſe res habet, nam ſimplex, ſive unius dimenſionis magnitudo magnitudini ex duabus dimenſionibus compoſitæ heterogenea eſt, atque hæc novæ dimenſionis acceſſione genus mutat. Sic quantitates quas bimenſas, trimenſas, atque quadrimenſas vocavimus, & cæteræ plurimenſæ omnes diverſorum graduum heterogeneæ ſunt. Unde ſequitur inter ſolas magnitudines ejuſdem gradus, ſive in quibus æqualis dimenſionum numerus reperitur, vel uno verbo inter poteſtates æque-altas, ut pote inter ſe homogeneas, comparationem inſtitui poſſe, illas inter ſe addendo, vel unas ab aliis ſubducendo.

Præterea ſimplicem, ſive unimenſam magnitudinem, quæ linea, vel longitudo, vel latitudo, bimenſam, vel æquibimenſam, quę ſuperficies aut rectangulum, aut quadratum, trimenſam, vel æquitrimenſam, quæ ſolidum, ſive corpus, ſive parallebipedum, ſive cubus vocatur facilè nobis animo repręſentamus; hæc enim omnia

in corpore naturali distinguere solemus ; reliqua verò multimensa, quibus ars quatuor, quinque, pluresve dimensiones tribuit, & quæ naturæ impossibilia sunt, difficiliùs sub imaginationem cadunt.

Quamobrem ut hoc mysterium tandem reveletur observabimus concepta artis Analyticæ theoremata, vel problemata nullo quantitatis genere coërceri, sed ita latè per omnia vagari ut indifferenter & ad numeros, & ad magnitudines aptari possint, dummodò eorum, quæ factu impossibilia sunt, effectionem ars non suscipiat ; hanc enim legem ipsi necessitas imposuit, ut licet statutos à natura fines longè præteriret, nihil tamen contra naturam moliretur. Hac de causa priusquam alicujus Analyticæ propositionis, ad solutionis statum deductæ veritas in magnitudine, vel in numero examinetur, consideranda est utriusque quantitatis speciei indoles, quâ animadversâ videndum utrum id quod proponitur ambarum specierum viribus accommodatum sit, an verò alicujus ex illis potentiam superet : multa enim in una fieri possunt, quæ in altera fieri repugnat. Hoc in numero reponenda sunt omnia problemata, quæ compositas supra trinam dimensionem quantitates reipsa exhiberi volunt, verbi gratiâ, si jussum foret duo æquiquadrimensa reperire, & exhibere, quorum summa datæ quantitati æqualis sit, problema illud merè numericum est, frustraque ejus solutionem à geometria expectes, quæ præter lineam, superficiem, & solidum sive corpus, reale nihil agnoscit ; cæteræ magnitudines, quæ pluribus quàm tribus dimensionibus abundant, & in natura non reperiuntur, ideales sunt, quarum constructionem dare non est artis munus, ne quis error hîc committatur ; verùm cogente arduarum quæstionum difficultate illas solummodò producit, iisque multo cum profectu utitur in toto operis progressu, ad inveniendam quæsiti cum datis relationem, quæ nisi per iteratas muliplicationes, & compositorum productiones sæpè agnosci nequiret. Quando autem id quod quæritur in æquationis ordinatæ involucris adhuc delitescens apparuit, tunc radicem ex inventa æquatione extrahendo

compoſitas magnitudines in ſuas dimenſiones ita reſolvit, ut omnes ad unicam dimenſionem reducat, ſolis rectis lineis pro operationibus fructu remanentibus. Atque is eſt omnium operum analyticorum finis, ex quo videre eſt quàm neceſſarium ſit in analyſi omnia geometriæ problemata ad hujuſmodi terminos reducere, ut deinde ad illorum conſtructionem neceſſarium tantùm ſit rectarum quarumdam linearum longitudinem cognoſcere, quod facillimum eſſe judicabimus, ſi conſideremus ex lineę in tranſverſum ductu ſuperficiem, corpus verò, ſive ſolidum ex ſuperficie mota generari.

Verùm in iis non conquieſcit intellectus, vult enim magnitudinum ad plures quàm tres dimenſiones aſcendentium ideam ſibi formare, ad inſtar cæterarum magnitudinum infra poſitarum, & jure merito, nam artificiales illę magnitudines, ſupra naturalem metam evectæ ſemper aliquid materiale in conceptu ſuo involvunt, ſed hoc quid ſit ignoratur. Et ferè hîc dicere ſufficiet, ea quę in geometricis arte fiunt, & componuntur, magnitudines, eſſe eandem inter ſe proportionem habentes quam recta linea, ad aliam rectam lineam; nam facilè eſt efficere ut duarum magnitudinum, cujuſcumque generis illæ ſint, modò in una totidem dimenſiones exiſtant quàm in altera, proportio in rectis lineis conſpiciatur. Sunto enim *a b c d*, *e f g h*. Inter *a* & *b* reperiatur media proportionalis, quæ ſit *m*; ergo *m m* æquatur *a b*, & conſequenter *m m c d* ∏ *a b c d*. Poſteà ponatur *m. c :: d. k*; ergo *m k* ∏ *c d*, & conſequenter *m m m k* ∏ *a b c d*. Deinde fiat *m. e :: f. l*. Ergo *m l* ∏ *e f*; & conſequenter *m l g h* ∏ *e f g h*. Rurſus ponatur *m. l :: g. p*. ergo *m p* ∏ *l g*, & conſequenter *m m p h* ∏ *m l g h*. Ultimo facto *m. p :: h. q*. habetur *m q* ∏ *p h*, & conſequenter *m m m q* ∏ *e f g h*, & tandem *m m m k. m m m q :: k. q* ex proportionum regulis. Vel ſi ſumpſiſſem mediam proportionalẽ inter *e*, & *f* quæ ſit *n*, iiſdem ut priùs conſtitutis ortũ fuiſſet *n n n r*, & *n n n ſ*, & rectę *r* & *ſ*: diverſæ quidem forent à rectis *k* & *q*, ſed eadem ratio eſſet inter primas, quàm inter ultimas, vel tandem ſi lineam poſuiſſem ad libitum ſumptam

ptam pro primo ſequentis analogiſmi termino, nempe $z.a :: b.x$ repetitâ antecedenti operatione factum fuiſſet $zzz\lambda$. & $zzz\theta$, & rectæ per λ & θ ſignificatæ ſola ſubrogatione alterius literæ, ipſius z officio fungentis mutarentur, ſed eam rationem ſervarent quam quæ inter k & q, vel inter r, & $ſ$, reperitur, atque hoc omne juxta naturam proportionum, quarum unaquæque terminis innumeris ſimiliter ſe ſe ad invicem habentibus exprimi poteſt.

Et hæc quidem relationis inter artificialia magnitudinum producta exiſtentis cognitio aliquid lucis affert, ſed correlata ſunt adhuc ignota, nec ſatis videt intellectus quidnam apprehendere debeat ut illa ſibi objicere poſſit. Ut igitur hac in parte nobis ſatisfaciamus recordari oportet præcipuum numerorum munus eſſe ut cujuſlibet quantitatis molem, atque menſuram, præcipuè verò proportiones, quæ inter quanta reperiuntur, explicent; eſt enim proportio, ut alibi diximus, determinata quædam æqualitatis vel inæqualitatis ſpecies, quod numericum eſſe nemo videt. Et benè quidem æqualitatem & inæqualitatem latè ſumptam in rectis lineis abſque ulla numerorum conſideratione comprehendimus, & per rectas lineas exprimimus; verùm cùm ad determinationem proportionum effectricem perventum eſt, tunc procul dubio vocandi ſunt in auxilium numeri, ſine quibus illæ perfectè intelligi nequeunt. Quomodo enim duarum rectarum tibi ignotarum rationem invenire poteris niſi per ambarum menſurationem? & quomodo illas menſurabis abſque numeris, qui menſurationis omnis inſtrumenta ſunt. Enimverò omnia proportionum genera denominationes ſuas à numeris abſolutis, aut ſurdis, prout comparatæ quantitates inter ſe commenſurabiles aut incommenſurabiles exiſtunt, ſortiuntur; atque in univerſa geometriæ conſtitutione, licet diverſa objecta magnitudinis genus participantia reſpiciat, nonniſi relationes, ſive proportiones quædam quæ in eis ſunt, conſiderantur. Unde fortaſſe non malè fecerimus ſi non ſolùm pro magnitudini-

bus, quæ per nimiam compoſitionem ſuam naturæ vires ſuperant, verumetiam pro quibuſcumque aliis compoſitis earum valores per numeros abſolutos, vel ſurdos ſignificabiles ſunt, aliquas non abſtractorum, ſed concretorum numerorum ſpecies mente comprehendamus: nam poſteà facilè intelligemus qua ratione numeralia hæc producta generantur, & quomodò per diviſionem atque radicum extractionem in tot dimenſiones, quot eorum denominatio indicat, reſolubilia ſunt. Sic naturæ defectus, vel potiùs impotentia arte corrigetur, & phantaſia notis imaginum ſpeciebus adjuvabitur.

Et ſanè multò tolerabiliùs mihi videtur magnitudines ſupra trinam dimenſionem aſcendentes arithmeticè per explicatam methodum concipere, quàm eaſdem geometrico more imaginari. Illæ enim inanes ſunt continuæ quantitatis ſpecies, quarum effectio tum factu impoſſibilis, tum mente incomprehenſibilis eſt. Solùm hac in re cavendum eſt ne ſicut numeros omnes naturâ ſuâ ejuſdem generis eſſe, eoſque propterea promiſcuè inter ſe addi, vel unum ab alio detrahi poſſe pro certo tenemus, ita etiam propter conceptiones noſtras numeris nimium alligatas credere velimus, magnitudines omnes inter ſe homogeneas eſſe, quas cujuſcumque alterius additione augere, vel ablatione minuere fas ſit, quod minime licet: nam, ut diximus, magnitudo duabus dimenſionibus contenta magnitudini tres dimenſiones habenti heterogenea eſt, ſicut in univerſum magnitudines omnes, quæ non æque multis dimenſionibus conſtant, quas in unam ſummam coaleſcere poſſe repugnat heterogeneorum lex.

Sic jactis logiſtices univerſalis fundamentis conſequens eſt ut ejus regulas, atque leges breviter exponam.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [182] - 162
PUBLIC DOMAIN

REGULÆ LOGISTICES SPECIOSÆ, ET EARUM ORIGINES.

ANTE omnia brevitatis ergo pro æqualitatis nota usurpabimus hanc Π; pro majoritatis signo sequentem ⊐, & contrariam nimirum ⊓ pro minoritate, vel pro minori inæqualitate denotanda. Sic scribo $a \Pi b$ ad significandum quantitatem a æqualem esse quantitati b, & $a \sqsupset b$ ut indicetur a majorem esse b, vel $a \sqcap$ quando a minor est ipsâ b. Hoc supposito ad regulas veniamus, & pro primæ videlicet Additionis fundamento præmittamus.

AXIOMA.

Quantitatum æqualium contrariis signis affectarum summa nihil est.

Nam quantum additionis signum affirmat, sive ponit, tantumdem subductionis signum negat, sive tollit. Sic æquali ab æquali subducto nihil remanet,

Ut $+a \& -a \Pi o$, atque $+2 \& -2 \Pi o$. Hinc

COROLLARIUM.

Quantitatum inæqualium contrariis signis affectarum summa est ipsarum residuum majoris quantitatis signo affectum.

OSTENSIO.

Proponantur duæ inæquales quantitates contrariis signis affectæ, nimirum $+a \sqsupset$, & $-b \sqcap$, & sit earum differentia x, itaut $+a \Pi +b +x$, unde propositæ quantitates erunt $+b +x \& -b$. Atqui per axioma præcedens fit $+b \& -b \Pi o$, ergo $+a \& -b \Pi +x$.

Vel sint $-a \sqsupset$, $+b \sqcap$: & sit ut priùs earum differentia x. Ergo $-a \Pi -b -x$, & propositæ quantitates erunt $-b -x \& +b$. Atqui per axioma præcedens $-b \& +b \Pi o$. Ergo $-a \& +b \Pi -x$, ut volebat corollarium.

Sic in numeris — 2 & (+ 3 Π) + 2 + 1 Π + 1; necnon + 2 (— 3 Π) — 2 — 1 Π — 1. Ex his additionis regula sic colligitur.

REGULA ADDITIONIS.

Si quantitates iisdem literis notatæ, eodem signo afficiantur, numerentur illæ, & earum summæ commune signum præfigatur. Si verò contraria habeant signa, & æquales sint ponatur o *pro earum summa. Quod, si contrariis notis affectæ, inæquales existant, earum aggregatum erit ipsarum residuum, majoris signo affectmm.*

Quantum attinet ad quantitates diversis literis notatas, oportet tantùm eas suis signis connectere.

REGULA SUBDUCTIONIS.

Subductio Additione perficitur, mutatis priùs omnibus signis quantitatis subducendæ.

DEMONSTRATIO MUTATIONIS SIGNORUM

1°, Quando affirmata quantitas ab altera quantitate subduci debet, perspicuum est affirmatum subducendæ quantitatis signum, in negatum, quod nempe subductionem factam vel faciendam denotat, mutari debere.

Ut si + b subduci debeat ex a, reliquum erit $a - b$.

2°, Quando binomia quantitas, cujus unum nomen est affirmatum, alterum verò negatum, verbi gratiâ + $c - b$ ab alia quacumque quantitate a subducenda est, manifestè cernitur non peti ut tota quantitas c à proposita quantitate a dematur, sed solùm ut ejus aliqua pars, videlicet + $c - b$, sive differentia inter c & b subducatur, quæ differentia si vocetur d, erit $c\,\Pi + d + b$. At subducendo quantitatem c integram, unà cum differentia d etiam subtrahitur b, quæ subduci non debet; quare additione quantitatis b deffectus ille compensandus est.

Vel breviùs quia d subduci debet ex a reliquum erit $a - d$, sive quod idem est $a\,(-c + b\,\Pi) - d - b + b$; nam $-b + b\,\Pi\,o$.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [184] - 164
PUBLIC DOMAIN

3°, Si negata quantitas — *b* ſubducenda ſit ex *a*, addita utrimque communi quantitate + *c*, eadem differentia remanebit inter auctas quantitates *a* + *c*, & + *c* — *b* quàm inter 1° poſitas *a* & *b* per æqualitatis leges.

Atqui ex probatis ſubducendo + *c* — *b* ex *a* + *c* remanet *a* + *c* — *c* + *b*, id eſt *a* + *b*. Ergo ſubducendo — *b* ex *a*, relinquitur *a* + *b*, quod erat oſtendendum.

REGULA MULTIPLICATIONIS, ATQUE DIVISIONIS.

Si ſigna ſint ſimilia producta, vel orta quantitas erit affirmata, ſin diverſa, negata. Id eſt + *in* +, *vel* — *in* — *facit* +. *At* — *in* +, *vel* + *in* — *efficit* —.

DEMONSTRATIO REGULÆ.

Dum affirmata quantitas in affirmatam ducitur, affirmatur productam quantitatem affirmari. Dum verò negata ducitur in negatam, negatur productam quantitatem negari.

Unde quemadmodum affirmatio affirmationis, & negatio negationis affirmant; Ita + per +, & — per — producit +.

Quando verò affirmata quantitas in negatam ducitur, vel negata in affirmatam, affirmo productam quantitatem negari, vel nego affirmari. Ergo ſicut affirmatio negationis, vel negatio affirmationis negant, ita + per —, vel — per + producit —, quod erat oſtendendum.

MONITUM.

Alias ejuſdem rei demonſtrationes videre poteris apud Authores, & præſertim apud Schootenium in eo libello, quem de Matheſeos univerſalis principiis, ſive potiùs de generalis Logiſtices Regulis accuratè conſcripſit, ubi fusè tradita, & exemplis illuſtrata ſunt, quæ nos hîc leviter tantùm attigimus, ne in re vulgari oleum & operam, quod aiunt, perderemus.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 134, [185] - 165
PUBLIC DOMAIN

CAPUT II.

De solutione Æquationum duas dimensiones habentium.

INVESTIGATIO I.

Per resolutionem æqualitatis in proportionem.

SCIENDUM 1° est omnes duarum dimensionum æquationes ad sequentes formulas reduci.

$$+aa+ca-dd\ \Pi\ o.$$
$$+aa-ca-dd\ \Pi\ o.$$
$$+aa-ca+dd\ \Pi\ o.$$
$$+aa+ca+dd\ \Pi\ o.$$

Esto 1° $+aa+ca-dd\ \Pi\ o$, sive per metathesim $+dd\ \Pi +aa+ca$, & datam æquationem in proportionem resolvendo fit $+a.\ +d.\ +c+a\ ::$. Quare hîc est series trium continuè proportionalium; & ex datis mediâ d, & extremarum differentiâ c, quæruntur extremæ $a\ \sqcap$, & $c+a$.

Esto 2° $+aa-ca-dd\ \Pi\ o$, sive per metathesim $+dd\ \Pi +aa-ca$, & datam æquationem in proportionem resolvendo fit $+a.\ +d.\ +a-c\ ::$. Quare hîc ut priùs est series trium continuè proportionalium, & ex datis mediâ d, & extremarum differentiâ c, quæruntur extremæ $a\ \sqsupset$, & $+a-c$.

Esto 3° $+aa-ca+dd\ \Pi\ o$, sive per metathesim $+dd\ \Pi -aa+ca$, & datam æquationem in proportionem resolvendo fit $+a.\ +d.\ -a+c\ ::$. Quare hîc etiam est series trium continuè proportionalium, & ex datis mediâ d, & extremarum summâ c, quæruntur extremæ $a\ \sqsupset$ vel $\sqcap$, & $+c-a$.

Esto 4° $+aa+ca+dd\ \Pi\ o$, sive per metathesim $+dd\ \Pi -aa-ca$, & datam æquationem in proportionem resolvendo fit $+a.\ +d.\ -a-c\ ::$.

